DE SENECAE PHILOSOPHI DICENDI GENERE BIONEO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HENRICUS WEBER
CASSELLANUS

MARPURGI CATTORUM
TYPIS FRIEDERICI SOEMMERING
MDCCCLXXXXV

Dissertatio probata
ab amplissimo philosophorum Marpurgensium ordine
a. d. VII. Id. Mai.
MDCCCLXXXXV.

THEODORO BIRT

S.

Cap. I.

De L. Annaeo Seneca scriptore satirico.

Inter saturarum scriptores Romanos non ultimum locum tenet L. Annaeus Seneca philosophus. Etenim gratiam debemus fortunae non parvam, quae nobis servaverit saturam illam mordacem quidem et lascivam, sed ingeniosam, qua mortuus imperator Claudius omnium risui traditur. Quo in libello eius saturae generis formam constat imitatum esse Senecam, quod originem duxit a Bione ac Menippo et quod postea a Varrone in litteras Romanas introductum est.

Attamen non ob apotheosin [1]) modo ad saturae historiam pertinet Seneca. Immo, si philosophica quoque eius scripta perlustraveris, permulta invenies quibus insit ἦθος illud *σπουδογέλοιον*, quod proprium est et cynicorum [2]) sermonum scriptorumque et stili saturarum [3]) et quae mere esse satirica semel monitus concedere non dubitabis. Qualem colorem satiricum sane non ubique scriptis suis appinxit Seneca, qui in universum docere magis et demonstrare studeret quam mores describere atque iocari, sed plerumque quasi sine lege iniecit et interspersit particulas satiricas modo ampliores modo breviores. Talia igitur inveniuntur, ut pauca exempla afferam, de ira III 33, de tranqu. 9, 4 sq., de brevit. vitae 11—13 et alias. Praeter cetera autem est dignum quod inspiciatur dialogi de brevitate

---

[1]) Sic enim inscriptus est ille libellus in cod. Sangall. Virorum doctorum plerique verum titulum apocolocyntosin esse iudicant comparato Dione Cassio 60, 35 *συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν ὀνομάσας.* Sed hanc apocolocyntosin quam commemorat Dio eundem libellum esse atque apotheosin minime adhuc demonstratum est, immo ipsius quam habemus saturae argumentum tali sententiae repugnat. Quae cum ita sint, titulus quem tradit Sangallensis retinendus. cf. de hac quaestione inprimis quae exposuit Birt in ind. lect. hib. Marb. 1888/89 et mus. rhen. vol. XLVI p. 152.

[2]) cf. Welcker praef. Theogn. pag. XCV adn. 146, Wachsmuth sillogr. gr.[2] pag. 66 sq. E. Weber De Dione Chrysostomo cynicorum sectat. = stud. Lips. vol. X. pag. 89.

[3]) cf. Birt, Zwei polit. Satiren des alten Rom pag. 7.

vitae compositi caput 12. Meram enim continet saturam. Videas modo quam festive § 3 depingantur trossuli illi, *quibus apud tonsorem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succrevit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur. quomodo irascuntur, si tonsor paulo neglegentior fuit, tamquam virum tonderet? quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est, si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia in anulos suos reciderunt? quis est istorum qui non malit rempublicam suam turbari quam comam? qui non sollicitior sit de capitis sui decore quam de salute? qui non comptior esse malit quam honestior? hos tu otiosos vocas inter pectinem speculumque occupatos?*

Huiusmodi loci non ita pauci in naturalibus quoque quaestionibus leguntur, ubi minime exspectamus saturam. Velut nat. qu. I 16 a proposito digreditur Seneca Hostii Quadrae obscaenitatem castigans, III 18 quaestione seposita vehementissime invehitur in luxuriam, praef. ad I § 7 sq. paene Lucianum legere mihi videor.

Sed haec quidem hactenus. Accedit, quod inter saturae Romanae auctores et Senecam quaedam interest similitudo, id quod Horatii exemplo paucis velim illustrare.

Notandum igitur primum, quod eadem saepe argumenta atque Horatius in saturis, in philosophicis suis scriptis satirice tractat Seneca, velut ab utroque castigatur stulta illa hominum μεμψιμοιρία (Hor. sat. I 1, 1 sq. Sen. de ira III 31); inconstantia (Hor. sat. I 3, 1 sq. cf. ep. I 1, 82 sq. Sen. de otio 1, 2; de tranqu. an. 2, 6 sq. [inprimis 13 sq.]; epp. 20, 3 sq. 52, 1; 115, 17; 120, 20 sq.); avaritia (Hor. sat. I 1, 28 sq. Sen. de ira III 33; de benef. II 27, 3; VII 10; nat. qu. V 15, 2 sq. epp. 16, 8; 73, 7; 89, 20; 90, 38 sq. 94, 56 sq. 108, 8 sq. 115, 10 sq.); luxuria in cenando potissimum perspicua (Hor. sat. I 2, 114 sq. II 2; II 3, 224 sq. Sen. ad Helv. 10, 2 sq. de benef. VII 9, 2 sq. nat. qu. III 17, 2—3; 18; IV 13; epp. 51, 4; 78, 23 sq. 84, 10; 89, 22; 90, 7; 95, 15 sq. 110, 12 sq. 114, 9; 119, 13 sq.); testamentorum captatio [1]) (Hor. sat. II 5, Sen. de benef. IV 20, 3); adulterium [1]) (Hor. sat. I 2, 28 sq. Sen. de benef. I 9, 3—4; III 16, 3); superstitio (Hor. sat. II 3, 281 sq. Sen. ad Marc. 19, 3; de benef. IV 4, 2; epp. 95, 47; 115, 5; fragm. 30—43, 119, 120, 123 [Haase]; cf. de vita beata

[1]) ratione scilicet prorsus diversa. Vides enim quantum praevaleat in festiva parodia Horatiana γελοῖον, apud Senecam σπουδαῖον, et eodem modo differt Horatii lasciva illa petulantia in adulterio castigando ab austeritate ac severitate stoici.

26, 6; de brevit. vit. 16, 5), et ab Horatio et a Seneca deinde notantur homines, qui cum alienorum vitiorum acerrimi exsistere soleant iudices, sua ipsorum vitia prorsus neglegant aut pro nihilo pendant (Hor. sat. I 3, 19 sq. Sen. de ira II 28, 7—8; III 26, 4; de tranqu. an. 1, 16; ep. 50, 3 - 4), tractantur denique ab utroque trita illa paradoxa omnes affectibus captos insanire (Hor. sat. II 3 Sen. de benef. V 17, 3) et servire (Hor. sat. II 7, Sen. nat. qu. III praef. 16—17; epp. 47, 8; 17; 80, 4—5).

Sed in sententiis quoque inter Horatium et Senecam inveniuntur similia. cf.

Hor. sat. I 1, 29 sq.: *Perfidus hic caupo . . . hac mente laborem Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant Aiunt.*

Sen. de brevit. vit. 3, 5: *Audies plerosque dicentes: A quinquagesimo in otium secedam.*

Hor. sat. I 1, 61—62: *At bona pars hominum decepta cupidine falso „Nil satis est" inquit, „quia tanti quantum habeas sis."*

Sen. ep. 87, 18: *qualia quisque habet, talis est* sq. cf. Lucil. v. 1067 Lachm., Iuven. sat. III 143, Petron. cap. 77.

Hor. sat. I 2, 28: *nil medium est.*

Sen. de tranqu. 9, 6: *Vitiosum est ubique quod nimium est.*

Hor. sat. I 2, 114—116: *Num tibi, cum fauces urit sitis, aurea quaeris*
Pocula? num esuriens fastidis omnia praeter
Pavonem rhombumque?

Sen. ep. 119, 3: *Esurio: edendum est. utrum hic panis sit plebeius an siligineus, ad naturam nihil pertinet . . . sitio: utrum haec aqua sit, quam ex lacu proximo excepero, an ea, quam multa nive clusero . . ., ad naturam nihil pertinet. illa hoc unum iubet sitim exstingui: utrum sit aureum poculum an crystallinum an murreum an Tiburtinus calix an manus concava, nihil refert.*

Hor. sat. I 3, 73 sq.: *Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum Postulat, ignoscet verrucis illius:* cf.
v. 25—26: *Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum.*

Sen. de vita beata 27, 4: *Papulas observatis alienas obsiti plurimis ulceribus?* cf. Eurip. fr. 1086 Nauck.

Hor. sat. I 6, 17 sq.: *Quid oportet*
Nos facere a volgo longe longeque remotos?

Sen. ep. 5, 6: *Dissimiles esse nos volgo sciat, qui inspexerit propius.*

Hor. sat. II 2, 21: *pinguem vitiis albumque.*

Sen. ep. 5, 6: *Tumor pigrum corpus invadit et super membra iners sagina succrescit . . . suspectior illis quam morbo pallentibus color est.* cf. Pers. sat. III 98.

Hor. sat. II 2, 73 sq.: *at simul assis*
Miscueris elixa, simul conchylia turdis,
Dulcia se in bilem vertent.

Sen. ep. 95, 19: *inconstans variusque ex discordi cibo morbus est.*

Hor. sat. II 2, 77 sq.: *Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque praegravat una.*

Sen. ep. 122, 2: *oculos hesterna graves crapula . . . quanto plus tenebrarum in animo est.*

Hor. sat. II 2, 86 sq.: *Tibi quidnam accedet ad istam,*
Quam puer et validus praesumis, mollitiem, seu
Dura valetudo inciderit seu tarda senectus?

Sen. de brevit. vitae 7, 9: *Quid enim est, quod iam ulla hora novae voluptatis possit adferre? Omnia nota, omnia ad satietatem percepta sunt.* cf. ep. 77, 16: *voluptates ipsas consumpsisti . . . nihil tibi luxuria tua in futuros annos reservavit intactum.*

Hor. sat. II 7, 19 sq.: *Tanto levius miser ac prior illo,*
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.

Sen. de vita beata 16, 3: *hic, qui ad superiora progressus est et se altius extulit, laxam catenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero.* cf. Pers. sat. V 159 sq.

Hor. sat. II 7, 75 sq.: *Tune mihi dominus, rerum inperiis hominumque*
Tot tantisque minor, quem ter vindicta quaterque
Imposita haud umquam misera formidine privet?

Sen. de benef. III 28, 4: *Servum tu quemquam vocas libidinis et gulae servus et adulterae?* nat. qu. III praef. 16: *Haec res efficit non e iure Quiritium liberum, sed e iure naturae.* cf. Pers. sat. V 73 sq.

Qualem cum Horatio consensum non vereor ne ita explices, ut ab Horatio pendere Senecam statuas. Etsi enim Horatii saturas legisse Senecam ex huius epp. 86, 13; 119, 13; 120, 20 apparet, tamen scriptorem prosaicum, philosophum, artius se applicuisse ad poetam parum credibile videtur esse, cum altera ex parte longe absit, ut illas similitudines omnes eidem tribuam fonti.

Immo si omnia, quae adhuc disputavi, comprehenderis, scripsisse Senecam saturam Menippeam, σπουδογέλοιον illud satiricum, cynicum, etiam philosophicis eius scriptis inesse, affinitate quadam eum esse nexum cum Horatio, et si cogitaveris imitatum esse Horatium Bioneas

diatribas,[1]) ultro fere exoritur quaestio, quaenam ratio intercedat inter Bionem et Senecam. Haec vero quaestio ut paulo diligentius perpendatur, etiam plures suadent causae. Etenim ipse citatur Bio a Seneca de tranqu. 8, 3; 15, 4; de benef. VII 7, 1—2. Et hic quidem locus praecipue, ni fallor, respiciendus. Tam copiose enim eo exscribitur tractaturque Bionis illa de sacrilegii crimine argumentatio sophistica atque iocosa, ut mihi quidem vix dubium sit, quin ipsum Bionem legerit Seneca.

Accedit quod cum fragmentis Bioneis nonnihil interdum consentit Seneca. cf. Sen. de tranqu. 1, 16 = Diog. Laert. IV 50 (cf. VII 23), Sen. ep. 77, 4, 20 = Tel. 3, 4 (cf. 11, 5), Sen. ep. 85, 28 = Diog. Laert. IV 48, Sen. ep. 87, 18 = Stob. flor. 91, 32 Mein., Sen. ep. 88, 7 sq. = Stob. flor. IV 52 Hense, ecl. II 1, 20 W., Laert. IV 53, Sen. ep. 119, 12 = Diog. Laert. IV 50, Sen. ep. 120, 14 = Tel. 10, 14. Quos locos iam Hense in editione Teletis comparavit ac partim copiosius tractavit. cf. indicem Bioneum apud Hens. Tel. pag. 92 s. v. Seneca. Addi potest Sen. ep. 87, 7 = Stob. flor. 105, 56 Mein. cf. Favorin. cod. Paris. n. 1168 apud Freudenthal. mus. rhen. vol. XXXV pag. 412 n. 6. Tel. 26, 12 sq. Pertinet huc etiam narratio illa de puero Laconico apud Sen. ep. 77, 14, quam e Bionis diatriba *περὶ δουλείας* scripta esse sumptam nuper demonstravit Hense.[2])

Denique haud neglegendum, quod adeo cum Seneca congruunt Teletis reliquiae, ut pauca in eis exstent, quae non cum illo apte possint comparari. Teletem vero ipsum adhibuisse Senecam recte negarunt Wilamowitz[3]) et postea Hense,[4]) qui ex communi fonte cynico atque inprimis, ni fallor, ex Bione explicandum illum consensum iure significavit, etsi, num recta via similitudines e Bioneis diatribis in Senecae scripta penetraverint, ex illis per se non potest discerni. Itaque quamvis certiora nisi accuratissimis fontium investigationibus singulariter factis effici nequeant, tamen similes locos quos reperire potui hic indicare non supervacaneum erit. cf. igitur Tel. 4, 13 = Sen. ep. 119, 3. Tel. 5, 9 = Sen. ep. 50, 3—4. Tel. 6, 7 = Sen. de tranqu. 11, 7. Tel. 6, 14 = Sen. ep. 27,2. Tel. 10, 14 (Bio) = Sen. ep. 120, 14. Tel. 11, 5 = Sen. ep. 77, 4, 20. Tel. 11, 10 = Sen. ep. 24, 4. Tel. 19, 2 = Sen.

---

[1]) cf. Hor. ep. II 2, 60 *ille Bioneis sermonibus et sale nigro*. Heinze, de Horat. Bionis imitat. diss. Bonn. 1889.

[2]) mus. rhen. vol. XLVII pag. 220 sq. et eiusdem adn. ad Stob. flor. II 38.

[3]) quaest. philol. vol. IV pag. 292 adn. 1.

[4]) Tel. pag. XLI.

ad Helv. 6, 2. Tel. 23, 1 = Sen. de benef. V 20, 4 ; de tranqu. 14, 3. Tel. 26. 12 (Bio) = Sen. ep. 87, 7. Tel. 28, 11 = Sen. ep. 74, 12. Tel. 34, 1 = Sen. ep. 17, 6. Tel. 38 et 39 = Sen. de otio 1, 4. Tel. 41, 8 = Sen. ep. 96, 5. Tel. 42, 2 = Sen. ep. 85, 5. Tel. 45, 10 = Sen. ad Marc. 10, 5. ep. 99, 8. Tel. 45, 15 = Sen. ad Marc. 16, 8. Tel. 45, 17 = Sen. ad Marc. 16, 7. Tel. 47, 3 = Sen. ep. 77, 11. Tel. 47, 11 = Sen. ad Marc. 19, 1. Tel. 48, 2 = Sen. ep. 85, 33 ad Marc. 6, 3. Tel. 48, 3 = Sen. ep. 98, 14.

His igitur expositis nemini dubium erit, quin revera affinitatis vinculo minime tenui coniuncti sint Seneca et Bio. Sed cuiusmodi sit illud vinculum accuratius explorare certiusque definire quaestio est difficillima neque ea, quae uno quasi ictu solvi possit. Itaque si mihi contigerit, ut aliqua tantum ad eam diiudicandum attulisse videar, satis ero contentus. Quae cum ita sint, primum ac praecipuum negotium mihi vindicavi hoc, ut docerem Annaeanam disputandi rationem proxime abesse a Bionea diatriba.

Cap. II.

De sermone Bioneo.

Bionis quidem ipsius perpauca fragmenta aetatem tulerunt, quae diatribarum imaginem satis claram exprimere non possunt. Respiciendi igitur etiam alii scriptores. Praecipue quidem, qualis fuerit Bioneus sermo, cognosci potest e Telete, Bionis pedisequo, cuius reliquias edidit Hense Friburgi a. 1889, ex Horatio, e posterioribus philosophis popularibus inprimis Plutarcho, Musonio, Epicteto, qui ea scribebant aetate, qua reflorescebant cynicorum studia, et quibus, cum vulgo scriberent, Bioneam illam disputandi rationem neglegentiorem et communi sensui accommodatam valde acceptam ac probatam fuisse facile intellegitur.

Itaque, quo melius diatribarum naturam cognoscerem, eam viam ingrediendam mihi putavi, ut ex auctoribus supra commemoratis libellos quosdam eligerem, qui mihi praecipue idonei viderentur esse ad enucleandum Bioneum sermonem et ex his potissimum exempla proferrem, quibus, qualis fuisset ille, illustraretur. Sunt vero hi: T e l e t i s q u a e s u p e r s u n t, P l u t a r c h i libellus d e c u p i d i t a t e d i v i t i a r u m, qui si ullus omnino Bioneis

splendet luminibus,[1] de exilio, quem magna cum probabilitate ad optimos fontes cynicos revocavit Duemmler,[2] de tranquillitate, de virtute et vitio, de curiositate, qui libri multa continent Aristonea[3] (Aristonis vero disputandi ratio minime distat a Bionea,[4] Epicteti dissert. II 16; III 26; IV 7; et Musonii fragmentum ex commentario, quo non malum esse exilium docet, nobis servatum apud Stob. flor. XL 9 pag. 748 sq. ed. Hense, quibus in diatribis satis multa inveniuntur cum Telete apte comparanda,[5] Horatii denique sat. I 1 inprimis Bionea.[6])

Bionis diatribarum naturam breviter quidem sed bene significat Horatius sat. I 4, 41 sq.

Neque si quis scribat uti nos
Sermoni propiora.[7])

Etenim hoc, ut pauca in universum praemittam, maxime diatribarum proprium est, quod exprimitur voce *sermo.* Adversarium sibi fingit auctor, quocum familiariter ac neglegenter[8]) colloquatur ita, ut illius sententias ut stultas refellere studeat. Itaque cum omnino vulgaris sit diatribarum color, tamen longe abest, ut omnia orationis ornamenta eae respuant. Insignes enim sunt mira quadam mixtura sermonis cottidiani et dictionis rhetoricae et poeticae. Sed ne repetam, quae iam alii[9]) in universum de disputandi ratione

---

1) Heinze, „de Horatio" sq. pag. 18 sq.

2) „Academica" pag. 87.

3) cf. Heinze mus. rhen. vol. XLV pag. 496 sq. Hense in eodem vol. pag. 541 sq.

4) cf. E. Weber l. c. pag. 185 sq. Heinze mus. rhen. XLV 513 sq.

5) cf. e. gr. Epict. Diss. II 16, 37 = Bio apud Tel. 11, 3; III 26, 33 = Tel. 40, 5; IV 7, 13 = Tel. 40, 3—5. Muson. pag. 749, 15 sq. = Tel. 17, 11 sq. 752, 9 sq. = Tel. 15, 11 sq. 753, 18 sq. = Tel. 15, 16. 755, 12 sq. = Tel. 14, 8 sq. 756, 17 sq. = Tel 17, 13 sq.

6) cf. Heinze „de Hor." pag. 15 sq. et indicem Bioneum Tel. pag. 90 sub „Horatius satirarum I 1."

7) Similiter de saturis suis dicit sat. II 6, 17 *saturis Musaque pedestri,* ep. I 4 1 *Albi, nostrorum sermonum candide iudex,* cf. ep. II 1, 250 sq. *Nec sermones ego mallem Repentes per humum,* ubi etiam epistulae intellegendae sunt.

8) cf. ad Herenn. III 23, pag. 272, 19 ed. Marx: *Sermo est oratio remissa et finitima cotidianae locutioni.*

9) Wachsmuth sillogr.[2] pag. 73 sq. E. Weber l. c. pag. 162 sq. 180 sq. Hense Tel. pag. LXXX sq. Susemihl, Geschichte der griech. Litteratur in d. Alexandrinerzeit" vol. I pag. 36 sq. cf. etiam Wilamowitz „Der kynische Prediger Teles" = quaest. philolog. vol. IV pag. 292 sq. et H. de Mueller „de Teletis elocut." diss. Friburg. 1891 pag. 62 sq.

Bionea exposuerunt, iam singula, quae propria videntur esse Bionei sermonis, componam exemplisque e libellis quos supra indicavi, comprobabo. Qua in re non vereor, ne mihi opponas compluria eorum quae ut propria Bionei sermonis afferam non solum apud diatribarum auctores inveniri, sed etiam apud scriptores ab hoc litterarum genere alienos. Nempe hoc gravissimum est, quod multae illae variaeque dictionis proprietates quae singillatim positae fortasse miri non multum habent, omnes una in eodem litterarum genere exstant. Praeterea autem ad stili colores exprimendos nonnihil valet frequentia qua sunt adhibiti. Denique plurima quae hic congeram etiam cynicis, qui praeierant Bioni, nec minus comoediae peculiaria esse scito. Secutus enim est Bio — quod minime sane mirum — vetustiores cynicos, qua re explicatur id quoque, quod eadem dicta non raro et Bioni adscribuntur et Diogeni vel Antistheni.[1]) Comoedia autem primum et grandissimum generis *σπουδογελοίου* exemplum fuit et inter alios cynicos[2]) etiam Teles ex illa prompsit compluria. Exempli gratia quae exponit 32, 5 sq. de hominibus maiora semper cupientibus usque ad verba *εἰ δὲ καὶ τοῦτο τύχοι, οἶμαι, ἵνα Ζεὺς γένηται ἐπιθυμήσει* ab ipso Telete adiecta debentur Diphilo, id quod perspexit Birt.[3]) De ipso vero Bione, qui dicebatur *θεατρικός*,[4]) eadem res demonstrata est ab Hensio.[5]) Velut verba quae laudat Diog. Laert. IV 51 *μὴ δεῖν ὀνειδίζειν τὸ γῆρας, εἰς ὃ πάντες εὐχόμεθα ἐλθεῖν* non sine comoediae recordatione scripsisse Bionem omnes Hensio concedent, qui locos quos ille affert pag. LXXV inspexerint.

Sed iam ad propositum veniamus. Ita autem me rem instituturum moneo, ut per capitula observationes distribuam numeratione apposita.

1.

Vulgaris quidem sermonis color optime cognoscitur e copia verborum. Etenim permulta occurrunt vocabula, quae cottidianae vitae notam prae se ferunt. Primum igitur commemoranda sunt ea, ex quorum forma vulgarem usum iam licet cognoscere, in-

---

[1]) Duemmler „Antisthenica" pag. 69, Hense Tel. pag. XLII sq.

[2]) cf. Norden in annalibus philol. suppl. XVIII pag. 270 adn. 1, 335 adn. 4.

[3]) Elpides, eine Studie zur Gesch. der griech. Poesie. Marb. 1881 pag. 61.

[4]) Diog. Laert. IV 52. Ad prosopopoeiae potissimum usum hoc rettulit Wachmuth. sillogr. pag. 75 sq.

[5]) Tel. pag. XLVII sq. LIX adn. LXXV, CIII sq.

primis deminutiva, quibus etiam comoediae saturaeque abundant: ut talia omittam qualia sunt *θηρίον* apud Tel. 6, 1 sive *μαινίς* ibid. 30, 16 (ita ex coniect.), haec vide:

Tel. 11, 1 *σωμάτιον* cf. Epict. diss. IV 7, 35. 16, 10 *μειράκιον*. 19, 6; 38, 9 *παιδίον* cf. Plut. de exil. pag. 554, 5 Bernard.[1])

Epict. II 16, 25; 33. IV 7, 23; 32. 19, 6 *ἀκάτιον*. 25, 4 *γράδιον* cf. 4, 12. 47, 15.—27, 9 *κρανίον*. 28, 7 *φασκώλιον*. 30, 10 *λαχάνιον*. 31, 1 *ἐλάδιον*.

Plut. de cup. divit. 358, 4 *κλινίδιον*. cf. de tranqu. 212, 19.— 365, 25 *κληματίς*.

de tranqu. 216, 4 *γύναιον*. 220, 6 *παιδάριον*. 227, 21 *κυνίδιον*. 230, 2 *μόριον*. cf. Epict. IV 7, 38.—231, 8 *πινάκιον*.

de exil. 551, 18 *ἐπιγραμμάτιον*. 561, 16 *χωρίδιον*. 565, 7 *ἀγκύριον*.

de virt. et vit. 245, 3 *ῥάκιον*.

de curios. 338, 24 *δωμάτιον*. 346, 3 *ἐπιστόλιον*. cf. 353, 22. 349, 9 *σκευάριον*. 349, 10 *θεραπαινίδιον*.

Epict. diss. II 16, 13 *φοβημάτιον*. 20 *ζητημάτιον*. 23 *λιθάριον*. 25 *πλακούντιον*. 29 *κοράσιον*, *γυμνασίδιον*, *στωίδιον*, *νεανισκάριον*.

III 26, 12 *δουλάριον*. 15 *τειχίον*. 36 *ἱματίδιον*, *ἀργυρωματίδιον*.

IV 7, 5 *ὀστράκιον*. cf. 22. 18 *κλησείδιον*.

Hor. sat. I 1, 25 *crustulum*. 47 *reticulum*. 56 *fonticulus*. 90 *asellus*. 72 *tabella*. 110 *capella*.

Praeter huiusmodi vocabula huc pertinent talia, quae quamvis non forma vulgaria sint, tamen ob ipsam significationem ad vulgarem dictionis colorem efficiendum nonnihil valent. Non praetermittenda igitur sunt haec, quae res significant in cottidiana vita solemnes et usitatas:

Tel. 4, 12 *φυστή*. 5, 2 *πλακοῦς*. 8, 17 *ἀκροκώλιον*. 9, 1 *θέρμος*. 9, 3 *ἰσχάς*. cf. Plut. de cup. divit. 366, 1. 10, 1 *κόγχος*, *κύαμος*. 30, 10 *μᾶζα*. 30, 16 *αὐτόπυρος*. cf. Plut. de tranqu. 212, 14. 4, 12 *ὄψον* cf. 5, 12. 30, 6. cf. Plut. de cup. divit. 356, 6. de curios. 345, 11. 5, 5 *βαλανεῖον*. cf. 17, 7. 30, 14. 31, 2. cf. Plut. de cup. divit. 364, 2. de exil. 553, 5. Epict. III 26, 21. 8, 14 *μυροπωλεῖον*. 8, 16 *μαγειρεῖον*.

---

[1]) Plutarchi Moralia semper cito textum secutus quem edidit Bernardakis. Cuius tomo III continentur libelli de cup. divit. de tranqu. de exil. de curios., tomo I libellus de virt. et vit.

17, 7 *γυμνάσιον*. 30, 4 *ὑπόδημα ἀκάττυτον* cf. Plut. de tranqu. 213, 19. 30, 5 *χλανίς*. 11, 8 *τρίβων* cf. 11, 14 et saep. Plut. de tranqu. 213, 7. de virt. et vit. 245, 3. 33, 5 *πήρα* cf. 33, 7. Plut. de tranqu. 213, 6. 30, 15 *κάμινος*. 10, 16 *κέραμος, φρέαρ*. 8, 14 *κοτύλη* cf. Plut. de tranqu. 223, 16. 9, 1 *χοῖνιξ* cf. Plut. de tranqu. 223, 19.

Plut. de cup. divit. 356, 12 *ἄλφιτον*. cf. de tranqu. 223, 17. 356, 12 *τυρός. ἄρτος*. 356, 13 *ἐλαία* cf. de tranqu. 212, 25. 223, 18.—362, 12 *σωλήν*. 363, 5 *βαλλάντιον*. de tranqu. 212, 24 *ἀμύλιον, σητάνειος ἄρτος*. 212, 25 *καρδαμίς*. 219, 18 *ὀξίνης*. cf. de curios. 343, 18. 210, 14 *γυναικωνῖτις* cf. de curios. 335, 18. 226, 11 *ζωγραφεῖον*. 223, 19 *ἐξωμίς*. 223, 17 *ἡμίεκτον*. de exil. 559, 6 *παλαίστρα*. 563, 14 *πανδοκεῖον*. 563, 15 *πορθμεῖον*. 553, 23 *ἠθμός*.
de curios. 335, 17 *ἀνδρωνῖτις*.

Epict. II 16 *ξέστης*.
IV 7 22 *ἰσχαδοκάρυον*.

Hor. sat. I 1, 53 *cumera, granaria*. 55 *cyathus*. 70 *saccus*. 74 *panis, olus, sextarius*.

Cottidiana studia significant:

Tel. 1, 7 *κιθαριστής*. 3, 9 *παιδαγωγός*. 6, 9 *ναυτικός*. 8, 15 *μυροπώλης*. 18, 10 *φαρμακοπώλης*. 26, 13 *τραπεζίτης*. 38, 11 *παιδοτρίβης*. cf. 38, 5. 38, 12 *ἁρμονικός* cf. Plut. de tranqu. 231, 23.

Plut. de cup. divit. 361, 5 *βαλανεύς* 365, 13 *χρυσοχόος, τορευτής, μύρεψος, μάγειρος*. cf. Epict. III 26, 21 Plut. de curios. 344, 12. 355, 1 *ἀλείπτης* cf. Epict. III 26,21. 355, 3 *πυκτικός*. 359, 9 *τοκιστής, πραγματευτής*. 367, 20 *οἰνοχόος*. de tranqu. 228, 5 *παλαιστής*. 229, 15 *ὀρχηστής*. cf. de curios. 351, 5.
de curios. 338, 5 *θυρωρός*. 343, 6 *τελώνης*. 344, 13 *ἁλιεύς*. 348, 13 *κυνηγός*.

Epict. II 16, 9 *κιθαρῳδός*.
III 26, 27 *ἐργάτης, σκυτεύς, ὀψωνήτης*.

Hor. sat. I 1, 5 *miles*. 6 *mercator*. 9 *agricola, iurisconsultus*. 29 *caupo, nauta*. 115 *auriga*.

Maxime crebro commemoratur *ἰατρός*.[1]) cf. Tel. 18, 10; 11. Plut. de cup. divit. 356, 2. 358, 3. de tranqu. 210, 3. 217, 5; 14. de curios. 342, 22. Hor. sat. I 1, 82. Nec non ea vocabula

---

[1]) cf. etiam e. gr. Antisthenem ap. Diog. Laert. VI 4, 6 et Diogenem apud D. L. VI 36.

crebra sunt, quae res ad medici artem pertinentes velut instrumenta medicinalia, morbos, similia, significant:

Tel. 13, 5 *ὀξυρεγμία*. 29, 22 *ὕδρωψ, ὑδρωπικός*. 41, 13 *μονοσιτία*. 46, 5 *κυλλός, ἀνάπηρος*.

Plut. de cup. divit. 358, 6 *πυρέττω* cf. de tranqu. 218, 18. de virt. et vit. 244, 4. Epict. III 26, 3. 8.

de tranqu. 208, 21 *ποδάγρα* cf. Muson. 71, 3. 209, 1 *παρωνυχία*. 209, 2 *κεφαλαλγία* cf. Epict. III 26, 8. 212, 4 *ναυτιῶ*. 212, 7 *χολή*. 217, 14 *ὀδοντάγρα*. 217, 15 *ἀγκτήρ*. 219, 14 *σικύα*. cf. de exil. 553, 10. 239, 3 *ἠπιαλός, πυρετός*.

de exil. 571, 17 *φαλακρός*.

de virt. et vit. 245, 4 *ἰχώρ*. 247, 8 *χολικός*. 247, 9 *κοιλιακός, δυσεντερικός*.

de curios. 342, 25 *σύριγξ*. 342, 26 *κάρκινος*. 347, 10 *ἀκνήμων*. 347, 11 *γαλεαγκών, τριόφθαλμος*. 347, 12 *στρουθοκέφαλος*. 352, 24 *γαργαλισμός*, 352, 25 *ἀμύσσω*.

Epict. II 16, 16 *μύξαι*.

III 26, 5 *ἀπεψία*.

Hor. sat. I 1, 82 *fomentum*.

Ex histrionali arte fluxerunt:

Tel. 3, 7 *δευτερολόγος, πρωτολόγος, πρόσωπον*. 11, 5 *πρόλογος*. 11, 6 *καταστροφή*.

Plut. de tranqu. 229, 15 de cup. divit. 367, 17 *θέατρον*.

Hor. sat. I 1, 18 *partes*.

E palaestra:

Tel. 7, 1 *διατραχηλίζεσθαι*. 30, 15 *γλοιός*. 7, 3 *προσστῆναι*.

Plut. de cup. divit. 363, 24 *κολοφών, σφαῖρα, τραχηλισμός*. de curios. 349, 20 *τραχηλίζομαι*.

Maioris etiam momenti quam talia, qualia modo proposui, sunt alius cuiusdam generis vocabula, forma quidem non insignia, sed quibus quae dicturus erat scriptor, facile urbaniore aliquo vocabulo exprimere poterat.

Cuius generis sunt *τερετίζω* Tel. 4, 12; (fortasse etiam *ψιθυρίζω* Plut. de tranqu. 216, 9 et *συμψιθυρίζω* de curios. 346, 4), *κορυζάω* Tel. 13, 13; *στραγγεύομαι* Tel. 26, 1; cf. Aristoph. Ach. 126, Nub. 131, *ὑώδης* Tel. 13, 5; *σκορακισμός* Plut. de tranqu. 215, 21; *λαλῶ* Plut. de curios. 345, 1, Epict. IV 7, 29; *bucca* Hor. sat. I 1, 21; *clamo* ibid. v. 12 (pro „fortiter ac praefracte contendo" cf. adn. ad hoc verbum in Horat. rec. Orelli ed. IV cur. a Mewesio vol. II), cf. sat. I 2, 35 *permolo* (de coitu dictum), 44 *permingo*, I 3, 18 *sterto*, 136 *rumperis et latras*, alia.

2.

Et hac quidem cum re arte cohaeret aliud quid. Non raro enim occurrunt eiusmodi dictiones, quae in ore vulgi tritae videntur fuisse. cf.

Tel. 16, 11 *εἰ δ' ὠδυνῶντο ἐπὶ τούτῳ, οὐκ ἂν ἦσαν βάκηλοι;* cf. Diogenian. III 45, in Leutschii et Schneidewini corpore paroemiographorum tom. I pag. 223 et Apostol. IV 70 = paroem. tom. II pag. 324 cum adnotationibus Leutschii. 46, 7 *ἐπὶ μὲν τούτων εἴ τις οὕτως οἴοιτο, μαργίτης.* cf. Apostol. XI 7 = paroem. II 517 (carmine Homerico factum est, ut Margitae nomen in proverbii consuetudinem veniret: Leutsch).

Plut. de cup. divit. 367, 10 *ἃ* (scil. *φάλαρα κτλ.*) *μηδενὸς ὁρῶντος . . ὄντως τυφλὸς γίγνεται καὶ ἀφεγγὴς ὁ πλοῦτος.* cf. Macar. VIII 60 cum adn. = paroem. II 223 et Theophrasti dictum 365 1. — 362, 16 *ἤ, καθάπερ λέγουσιν (ἄχρι ἂν) εἷς ὁ πονηρότατος ἐν τῷ γένει γενόμενος καταφάγῃ τὰ πάντων.*

Hor. sat. I 1, 10 *sub galli cantum* = Otto[1]) s. v. „gallus" 2.
20 *ambas buccas inflare* = Otto „bucca" 2.
43 *redigere ad assem* = O. „as" 2.
62 *Congestis undique saccis* / *Indormis inhians* } = O. „incubare".
85 *pueri atque puellae* = O. „puer."
95 *dives / Ut metiretur nummos* = O. „modius."
110 *aliena capella gerat distentius uber* = O. „alienus" 1.

Et huiusmodi Horatiana alia sescenta in Ottonis collectione inveniuntur.

3.

Atque ex his quidem exemplis cum satis iam appareat populariter dicendi ratio, accedit, quod etiam vera proverbia in diatribis non raro occurrunt.[2])

Tel. 32, 8 *μία γάρ, φησί, χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.* cf. Zenob. V 12 cum adn. = paroem. I 120.

Plut. de tranqu. 208, 20 *ἀλλὰ πολλάκις ἀκηκοὼς μνημονεύεις, ὡς οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει πατρίκιος οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας.* — 228,

---

[1]) Die Sprichwörter und sprichwörtl. Redensarten der Römer Lips. 1890.

[2]) etiam in Menippeis crebra sunt. cf. Buechel. Petron.[3] pag. 128 sq. 249 sq. 252 sp. et Ottonem l. c. pag. 424, 432, 436.

7 = de exil. 558, 10 *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει* cf. Nauck fragm. trag. Graec.[2] pag. 588. Dictum saepius apud paroemiographos occurrit, cf. inprimis Diogen. VIII 16 cum adn. = paroem. I 307. Stob. flor. XXXIX 9 Hense. — 236 1 Socratis invenitur apopthegma, *ἀποκτεῖναι μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλητος δύνανται, βλάψαι δ' οὔ δύνανται,* quod in proverbii locum cessit. Usurpatur etiam ab Epict. diss. I 29, 18; II 2, 15; III 23, 21. cf. Apostol. VII 11 = paroem. II 397. — Apopthegma denique, quod legitur 211, 12 *τῶν γὰρ καλῶν ἡ παράλειψις κτλ.* citatur ab Apostol. XVII 46 = paroem. II 697.

cf. praeterea Plut. de garrul. = tom. III 306, 11 *τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος, ὥς οἱ παροιμιαζόμενοί φασιν.* cf. Diogen. VIII 43 = paroem. I 313 et adn. ad Diogen. VII 25, pag. 290.

Hor. sat. I 1, 62 *quia tanti quantum habeas sis* = Otto „habere" 1.

105 *Est inter Tanain quiddam socerumque Viselli* = Otto „Tanais."

106 *Est modus in rebus* etc. = O. „modus."

cf. sat. II 2, 64 *Hac urguet lupus, hac canis aiunt* = O. „lupus" 8; alia.

4.

Ceterum sententiose dicta omnino crebra sunt:

Tel. 22, 2 *ἡ περὶ ταφῆς ἀγωνία κτλ.* 27, 12 *ἔφασαν γάρ κτλ.*

Plut. de cup. divit. 356, 10 *τῶν γ' ἀρκούντων κτλ.* 359, 25 *οἱ δὲ φιλάργυροι κτλ.*

de tranqu. 215, 2 *ἔξεστι γάρ κτλ.* 219, 21 *καὶ γάρ οἱ πολλοί κτλ.*

de exil. 552, 4 *τὸ γὰρ αὐτὸ πρᾶγμα κτλ.*

de virt. et vit. 245, 7 *ἡ δὲ κακία κτλ.*

de curios. 339, 12 *τὰ γὰρ ἥδιστα κτλ.* 342, 9 *ἔστι γὰρ ἡ πολυπρ. κτλ.* 342, 11 *οὐδεὶς δ' ἀγαθόν κτλ.* 342, 15 *φθόνος μὲν γάρ ἐστι λύπη κτλ.* 344, 24 *Τῇ μὲν οὖν πολυμαθείᾳ. κτλ.*

Muson. 750, 2 H. *ὁπότε γε μήτε μαθήσεως κτλ.* 754, 6 *οὐ γὰρ ἀεί κτλ.*

5.

Vidimus supra pro urbaniore aliquo vocabulo vulgare saepe consilio posuisse diatribarum auctores. Aliud ad hanc rem pertinens liceat proferre. Etenim non modo vocabulorum vilitatem, sed totius dictionis squalorem minime nonnunquam illi aspernati sunt. Exempla sunt:

Tel. 23, 2 *ἢ τί διαφέρει . . . ὑπὸ κυνὸς καταβρωθῆναι ἢ ἐπάνω τῆς γῆς ὄντα ὑπὸ κοράκων ἢ κατορυχθέντα ὑπὸ σκωλήκων.*

Plut. de tranqu. 212, 23 *ὁ γὰρ ἐχθὲς ᾠὰ καὶ ἀμύλια ... διαπτύων ...* Similis est inurbanitas de virt. et vit. 247, 11 *οὐχ ὁρᾷς τοὺς νοσοῦντας ὅτι τῶν βρωμάτων τὰ καθαριώτατα . . . δυσχεραίνουσι καὶ διαπτύουσι.*

Epict. II 16, 13 *εὔχου νῦν καθήμενος, ὅπως αἱ μύξαι σου μὴ ῥέωσιν. Ἀπομύξαι μᾶλλον.*

Pertinent huc non pauca in Horatii sat. I 2,[1]) in qua cynicorum more *φορτικώτερον* de rebus venereis agitur (cf. e. gr. vv. 26, 27, 30, 35, 36, 44, 68, 116, 118, 133).

Alia huius rei exempla simul insignia sunt dictione hyperbolica, velut

Tel. 19, 7 *οὐδ' εἰ κωπηλατοῦντα διαῤῥήγνυσθαι δέοι* — 29, 4 *ἂν πρότερον πίνων διαῤῥαγείη ἢ παύσαιτο τοῦ δίψους.*

Epict. III 26, 5 *διαῤῥαγέντας ὑπὸ ἀπεψιῶν καὶ μέθης.* [2])

6.

Omnino vero hyperbolen saepe in diatribis observari non mirum. Maxime enim est idonea ad movendos vulgi[3]) et iuvenum animos. Sunt enim hyperbolae *μειρακιώδεις*. cf. Aristotel. Rhetor. III 11. *π. ὕψους* pag. 58, 3 Vahlen. Ceterum constat Teletem commentarios suos, quorum nonnulla nobis servavit epitomator, apud adulescentes recitasse. cf. Wilamowitz l. c. pag. 306 sq. Hense Tel. pag. XXX sq. Fortasse igitur idem de ipsius Bionis diatribis licet conicere. Nempe universa earum indoles ad *γραφικὴν λέξιν* minus videtur pertinere quam ad vividum potius sermonem aptum adulescentulis.

Nonnunquam etiam proxime abest a *γελοίῳ*, quare *μάλιστα καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ χρῶνται αὐτῇ*. Demetr. de elocut. 126. Vide igitur

Tel. 25, 1 *πλείω οἱ μῦς κατεσθίουσι καὶ οἱ μύρμηκες ἢ αὐτοί.* 32, 11 *εἰ δὲ καὶ τούτου τύχοι, οἶμαι, ἵνα Ζεὺς γένηται, ἐπιθυμήσει.* 47, 3 *ἀλλ' οὐκέτι ἔσται. — Οὐδὲ γὰρ ἦν μυριοστὸν ἔτος οὐδ' ἐπὶ τῶν Τρωικῶν.*

Plut. de cup. divit. 363, 3 *τοῦτο δ' οὐκ ἔστι παιδεύειν, ἀλλὰ συστέλλειν καὶ ἀποῤῥάπτειν ὥσπερ βαλλάντιον.* de tranqu. 221, 27 *οἱ δὲ βασιλεῖς τοὺς θεοὺς* (scil. *εὐδαιμονίζουσι*)

---

[1]) et hac quidem praecipue Bionea, ut docuit Heinze „de Hor." pag. 22 sq.

[2]) Similis locutio apud Demosthenem de cor. 21 *οὐδ' ἐὰν σὺ διαῤῥαγῇς ψευδόμενος.*

[3]) cf. Quintil. VIII 6, 75 *est autem in usu vulgo* (scil. hyperbole) *quoque et inter ineruditos et apud rusticos, videlicet quia natura est omnibus augendi res vel minuendi cupiditas insita nec quisquam vero contentus est.*

μονονοὺ βροντᾶν καὶ ἀστράπτειν θέλοντες. 222, 20 *οὐκ εἴ τινων ἧττον ἔνδοξός ἐστι καὶ πλούσιος, ὀδυρόμενος κάθηται καὶ ταπεινούμενος.* 210, 13 *κενῶν δοξῶν ὅσας οὐκ ἂν εἴποι τις.* 222, 21 *ὅτι μυρίων μυριάκις ἐν τοσούτοις εὐσχημονέστερον ζῇ.*
de curios. 343, 18 *τάχυ δὲ τούτων ἐμπλησθέντες ἀποτρέχουσιν.*

Epict. II 16, 14 *Τηλικαύτας ἔχων χεῖρας ἔτι ζητεῖς τὸν ἀπομύξοντα;* [1]) 18 *ὅλοι ἀτυχήματα.* 34 *φιλοσόφου δ' οὐδὲ θύραν παρῆλθον.* 47 *οἰμώζων καὶ στένων ἀκολουθήσεις τῷ ἰσχυροτέρῳ.* cf. III 26, 12.

Hor. sat. I 1, 110 *Quodque aliena capella gerat distentius uber Tabescat.* 70 *Congestis undique saccis indormis inhians.*

Optimum exemplum etiam habes sat. II 3 111 sq. cf. praesertim 116 *mille cadis — nihil est — tercentum milibus.*

7.

Hic locus simul exemplum est eius figurae in diatribis non raro obviae, ut quae antea dixit scriptor ipse additamento corrigat et in maius plerumque efferat; quam figuram constat *ἐπιδιόρθωσιν* sive correctionem vocasse rhetores.

Plut. de cup. divit. 364, 7 *τί σοι τοιοῦτο καταλέλοιπεν οἷον ἀφήρηται . . ., μᾶλλον δέ οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ὁ πλοῦτος περιχυθείς.* 366, 8 *ὑπ' ἀπειρίας, μᾶλλον δ' ἀπειροκαλίας.* 367, 16 *σύνδειπνον, τούτεστι πομπὴ καὶ θέατρον.* de exil. 550, 5 *ἀχρήστως, μᾶλλον δὲ βλαβερῶς.* 554, 12 *γίγνεται, μᾶλλον δὲ ὀνομάζεται καὶ καλεῖται.*
de curios. 341, 33 *τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα τοὺς φαυλοτάτους ἐπισπᾶται μᾶλλον δ' ὥσπερ αἱ πόλεις κτλ.* cf. de liber. educat. 3, 23 (vol. I) *ἴστω πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς διαμαρτάνων.*

Muson. 754, 14 *πολλοῖς γὰρ . . . μᾶλλον δὲ τοῖς πλείστοις.*

8.

Inprimis diatribarum auctor, quippe qui vulgo et adulescentulis scribat, dictionis perspicuitatem quam maximam affectat itaque saepe comparationibus utitur, quibus oratio illustretur. Qualis comparationum usus quam largus fuerit apud Bionem, ipsius fragmenta satis de-

---

[1]) Simillime dixerat Diogenes *πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὑποδούμενον, οὔπω μακάριος εἶ, ἂν μή σε καὶ ἀπομύξῃ.* Diog. Laert. VI 44.

monstrant. cf. inprimis Bionem apud Tel. 6, 1 *ὥσπερ τῶν θηρίων κτλ.* 10, 14 *καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας . . ἐξοικιζόμεθα κτλ.* 11, 3 *ὥσπερ ἐκ συμποσίου ἀπαλλάττομαι κτλ.* Plut. de vitios. pud. 386, 18 (vol. III) *Βίων ἀπείκαζε τοὺς τοιούτους ἀμφορεῦσιν κτλ.* Diog. Laert. IV 51 *τοσοῦτον (ἔλεγε) διαφέρειν τὴν φρόνησιν κτλ.* Stob. flor. XCI 32 Mein. *B. ἔλεγε, ὥσπερ τὰ φαῦλα τῶν βαλαντίων κτλ.*

Ex his exemplis Bioneis satis iam licet cognoscere cynicam [1]) comparationum naturam, quippe quae ex vitae cottidianae consuetudine plerumque repetitae sint. Et idem valet de posteriorum diatribis. Velut apud Plut. de cup. divit. 356, 19 ii, qui, cum supervacanea atque inutilia semper appetant, ne necessaria quidem retinent, facete cum iis comparantur, qui fame sitique sublata edere ac bibere pergunt, ita ut omnia evomere cogantur, quaecunque antea in corpus ingesserunt. Sed totam comparationum molem copiose enarrare supervacaneum ac molestum est. Breviter igitur praeterea affero Tel. 3, 1 *Δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν* [2]) *κτλ.* 4, 3 *ὥσπερ οἰκέτης κτλ.* 11, 8 *ὥσπερ ἱμάτιον κτλ.* 14, 2 *ὃν τρόπον οὐδὲ αὐλεῖν κτλ.* 41, 8 *ὥσπερ ἐπὶ στρατείας κτλ.* 42, 1 *ὃν τρόπον ἀπύρηνος ῥοὰ λέγεται κτλ.* Plut. de cup. divit. 363, 4; 361, 5. de exil. 550, 5 de tranqu. 213, 18 de virt. et vit. 245, 3. de curios. 341, 24, 344, 12. 348, 13. — et Tel. 10, 13 *ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως κτλ.* 40, 1 *ὥσπερ ποιήτρια κτλ.* Plut. de cup. divit 358, 1. 358, 20. 359, 20, 366, 23. de tranqu. 213, 7. 219, 24. 225, 10. 232, 22. 238, 15. de exil. 550, 1. 551, 2. 559, 21 de virt. et vit. 244, 15. de curios 337, 11. 337, 13. 338, 19. 340, 22. 345, 11. 349, 3. 349, 22. Epict. II 16, 37, III 26, 22. Hor. sat. I 1, 71. 72. 119 *uti conviva satur,* [3]) quibus in locis comparatio paucis tantummodo verbis significata est. Praecipue crebrae sunt comparationes e rebus maritimis sumptae velut Tel. 6, 9 *ὅπερ ποιοῦσιν οἱ ναυτικοί κτλ.* 17, 10 *δύναμαι δέ μεταβὰς ἐξ ἑτέρας νεὼς κτλ.* Plut. de tranqu. 212, 4 *ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ ναυτιῶντες ἐν τῷ πλεῖν κτλ.* 236, 9 *πλέον ἢ κυβερνήτου κτλ.* de exil. 557, 6 *ὥσπερ ἄγκυραν κυβερνήτην κτλ.* de virt. et vit. 246, 25 *ὥσπερ γαλήνην ἄκλυστον κτλ.*

Tria autem comparationum genera etiam singulariter commemoranda quae a cynicis trita esse constat. Primum saepe fit ut

---

[1]) de cynicorum comparationibus cf. E. Weber l. c. pag. 173 sq.

[2]) Bionea est imago. Copiosius de ea disseruit Hense Tel. pag. XCI sq. et Duemmler Academ. pag. 3 sq.

[3]) cf. Bioneam compar. apud Tel. 11, 30 sq. Plura praebet Usener „Epicurea" fragm. 499, pag. 310.

homines obtrectationis causa cum animalibus comparentur,[1]) velut apud Plutarchum de cup. divit. 361, 15 viperae, cantharides, phalangia per comparationem hominibus opponuntur, eodemque modo 362, 6 mures, de tranqu. 217, 17 canes (cf. 209, 16), 230, 25 muscae, de exil. 556, 3 formicae apesque, de curios. 337, 17 gallina. cf. Epict. diss. I 6, 12 *πολλὰ δὲ κοινὰ εὑρήσεις ἡμῖν καὶ πρὸς τὰ ἄλογα.* Hor. sat. I 3, 109 *more ferarum* et fragmentum Aristoneum in gnomolog. Vatic. ed. Sternbach[2]) n. 120.

Eiusdem generis est hominum cum stultis pueris comparatio, quae peragitur etiam, ut videtur, in Varronis satura Menippea, quae inscripta est Marcipor.[3]) cf. Plut. de exil. 554, 4 *καθάπερ τοῖς δεδοικόσι τὰ προσωπεῖα παιδίοις κτλ.* de tranqu. 220, 6 *ὥσπερ τὰ μικρὰ παιδάρια κτλ.* Epict. II 16, 33 et 39 *ὡς τὰ παιδία κτλ.*

Denique cum morbis comparare humana vitia tamquam animorum medici[4]) iam inde ab Antisthene cynici solebant. Cuius rei exempla sunt ipsa Bionis fragmenta apud Tel. 29, 1 *ὅμοιον γάρ, φησὶν ὁ Βίων, ὡς εἴ τις τὸν ὑδρωπικὸν κτλ.* et in gnomol. Vatic. n. 157, cf. Bionem apud Plut. de sera num. vind. 450, 5 (vol. III). Praeterea exempla habes Plut. de tranqu. 214, 12 *ὥσπερ τοὺς νοσώδεις κτλ.* 218, 18 *ὡς γὰρ ἐν τῷ πυρέττειν κτλ.* 239, 2 *ὡς γὰρ οἱ ῥιγοῦντες ἠπιάλοις κτλ.* 210, 3 *οὐδὲν δὲ βελτίων ψυχῆς ἰατρός κτλ.* 217, 14 *ὥσπερ ἰατρός κτλ.* 238, 25 *οἷον ἕλκος κτλ.* cf. Plut. de cup. divit. 358, 3. de exil. 553, 10.

9.

Saepenumero oratio non ipsis comparationibus illustratur, sed exemplis sine particula comparativa inductis, quae qua ratione proponere soliti sint diatribarum auctores, contemplatione non est indignum. Haec autem exempla diversa sunt a *παραδείγμασι*[5]) sive exemplis quae rhetores discernunt a *παραβολῇ* (et *εἰκόνι*), neque seorsum, quantum video, ab eis tractata. Nihilominus ego ab ipsis comparationibus illa segreganda putavi.

---

[1]) cf. E. Weber pag. 107 sq.

[2]) in studiis Vindobon. vol. IX—XI.

[3]) cf. Norden in annal. philolog. suppl. XVIII, pag. 267 sq.

[4]) Wendland „quaest. Muson." pag. 12, 1. Zeller hist. phil. gr.[4] II 1, pag. 332 sq.

[5]) de his postea pag. 24 sq.

Itaque pro altero comparationis membro exempla tamquam primariae sententiae absolute afferuntur:

Plut. de curios. 334, 1 *Ἄπνουν ἢ σκοτεινὴν . . . οἰκίαν φυγεῖν μὲν ἴσως ἄριστον κτλ.· ἐπεὶ τοίνυν ἔστι τινὰ πάθη νοσώδη . . ., ἄριστον μὲν ἐξωθεῖν ταῦτα.*
de cup. divit. 358, 3 *Ὅταν ἰατρὸς πρὸς ἄνθρωπον εἰσελθὼν . . . εὕρῃ μὴ πυρέττοντα, . . . ἀπῆλθεν. οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἴδωμεν ἄνδρα τῷ πορισμῷ προστετηκότα κτλ.*
de virt. et vit. 244, 1 *Τὰ ἱμάτια δοκεῖ θερμαίνειν τὸν ἄνθρωπον κτλ.· ταὐτὸ δὴ τοῦτο τοῖς πράγμασιν ὑπάρχον ἐξαπατᾷ τοὺς πολλούς.*
Epict. IV 7, 22 *ἰσχαδοκάρυά τις διαῤῥιπτεῖ· τὰ παιδία ἁρπάζει . . . ἐπαρχίαι διαδίδονται· ὄψεται τὰ παιδία.*
cf. Hor. sat. I 3, 80 sq.

Saepe inter exemplum et sequentem sententiam quae exemplo illustratur, ratio interest adversativa:

Tel. 18, 16 *ἀλλ' εἰ μὲν τὴν γυναῖκα ᾔσθου πονηρὰν . . . οὖσαν πρότερον μὴ εἰδὼς ἂν ἔσχες χάριν . . ., εἰ δὲ τὴν πατρίδα πονηρὰν ᾔσθου, ἀκληρεῖν ἡγήσῃ, ἀλλ' οὐ χάριν ἕξεις;* 20, 7 *καὶ Κάδμον μὲν . . . θαυμάζεις, ἐμὲ δὲ . . . ὀνειδίζεις;*
Plut. de tranqu. 219, 1 *νῦν δὲ τὰς μὲν ὄψεις . . . ταῖς ἀνθηραῖς καὶ ποώδεσι χρόαις παρηγοροῦμεν· τὴν δὲ διάνοιαν ἐντείνομεν εἰς τὰ λυπηρά κτλ.* 222, 24 *ἐν Ὀλυμπίᾳ μὲν . . . ἐν δὲ τῷ βίῳ κτλ.* 228, 20 *νῦν δὲ τὴν ἄμπελον σῦκα φέρειν οὐκ ἀξιοῦμεν· αὐτοὶ δὲ κτλ.*
de exil. 551, 5 *ὁ λίθος φύσει σκληρός . . ., φυγὰς δὲ κτλ.* 553, 10 *αἱ μὲν γὰρ ἰατρικαὶ σικύαι . . ., οἱ δὲ φιλόλυποι κτλ.* 556, 14 *εἶτα τῶν μὲν Περσῶν βασιλέων καταγελῶμεν, ὅταν δὲ μεταστῶμεν κτλ.*
Epict. III 26, 25 *ἀλλὰ σκεῦος μὲν . . ., σὲ δ' οὐδείς.*
cf. Tel. 45, 17 *γεωργὸς οὐ ποιεῖ τοῦτο.*

Praecedentia exemplo declarantur apud Hor. sat. I 3, 36
Namque
Neglectis urenda filix innascitur agris.

Nonnunquam ratio comparativa significatur additis vocibus *καὶ γὰρ* aut si negativa est sententia vocibus *οὐδὲ γάρ*:

Plut. de exil. 552, 7 *Ἔστω δὲ δεινὸν . . . ἡ φυγή. καὶ γὰρ τῶν βρωμάτων πικρὰ πολλά κτλ.* de curios. 339, 5 *καὶ γὰρ οἱ τοῦ ἡλίου τὴν ἄφθονον . . . ἀκτῖνα παρορῶντες κτλ.* 343, 5 *καὶ γὰρ τοὺς τελώνας βαρυνόμεθα.* de tranqu. 228, 4 *οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς.*

10.

Sicut comparationum ita etiam translationum[1]) largus usus est in diatribis. Quam observationem ipse confirmat Bio, quem senectutem scimus dixisse *ὅρμον τῶν κακῶν,* divitias *νεῦρα πραγμάτων,*[2]) *μητρόπολιν πάσης κακίας* avaritiam. cf. Diog. Laert. IV 48, Stob. flor. X 37 H. Nec desunt huius rei exempla apud Bionei sermonis imitatores. vide

Tel. 26, 1 *ἐπιθυμῶν στραγγεύεται.*

Plut. de cup. divit. 358, 7 *πορισμῷ προστετηκότα.* cf. Lucian. catapl. 14.

de tranqu. 230, 21 *κενοὺς καὶ τῆς αὔριον ἐκκρεμαμένους.* 237, 1 *ἐκκρέμασθαι τοῦ σώματος.* 238, 13 *πρὸς τὴν τύχην ἀνεῳγόσι τοῖς ὄμμασιν ἀντιβλέπειν.*

de virt. et vit. 245, 18 *(ἡ κακία) τοῖς σπλάγχνοις προσπεφυκυῖα.* 247, 1 *φροντίδος ἐκραγείσης.*

de curios. 335, 16 *τὰς παρόδους τῆς πολυπραγμοσύνης ἔμφραξον.* 339, 21 *φεῦγε τὸ μελαῖνον τοῦτο καὶ συνιστάμενον νέφος.* 349, 11 *ἡ δὲ συνδιαστρέφουσα τὴν ψυχὴν παράβλεψις.*

Epict. II 16, 10 *φυσηθεὶς ἐξῆλθεν . . . τὸ φυσημάτιον ἐκεντήθη καὶ προσεκάθισεν.* 20 *ἕλκυσον δ' εἰς χρῆσιν καὶ εὑρήσεις τάλανας ναυαγούς.* 39 *οὐ θέλεις ἀπογαλακτισθῆναι;* III 26, 35 *τὰ . . . τὸν τράχηλον ἐπαίροντα τῶν τεταπεινωμένων, τὰ ἀντιβλέπειν ποιοῦντα ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τοὺς πλουσίους.* IV 7, 13 *πενία τυχοῦσα καλοῦ ὑποκριτοῦ.*[3])

cf. Hor. sat. I 3, 122 *Et magnis parva mineris Falce recisurum simili te.*

Ad *κυνικὸν τρόπον* propius accedunt translationes apud Plut. de cup. divit. 361, 9 *ταῦτα πρὸς τὴν ὀνώδη καὶ μυρμηκώδη λέγω ταύτην φιλοπλουτίαν.* 357, 20 *τὸν δὲ πλείω τῶν ἱκανῶν ἔχοντα . . . οὐ χρυσίον ἐστὶν . . τὸ θεραπεῦον . . ., ἀλλ' ἐκβολῆς δεῖται καὶ καθαρμοῦ,* quo in loco docere vult Plutarchus tamquam evomenda esse supervacanea bibentis exemplum paulo ante allatum spectans.

11.

Ceterum hac ratione, ut exempli antea propositi imago retineatur, non raro dicunt diatribarum auctores. Velut Plut. de curios. in initio legimus *Ἄπνουν ἢ σκοτεινὴν ἢ δυσχείμερον οἰκίαν ἢ*

---

[1]) de cynicorum transl. cf. E. Weber pag. 177 sq.

[2]) Scilicet ficti adversarii haec sunt verba, non ipsius Bionis. cf. Hense Tel. pag. LXIX.

[3]) Vides imaginem esse Bioneam cf. Tel. 3, 2. 40, 2.

νοσώδη φυγεῖν μὲν ἴσως ἄριστον. Eadem domus vitia postea (334, 13) transferuntur in affectus: *ἐπεὶ τοίνυν ἔστι τινὰ πάθη νοσώδη καὶ βλαβερὰ καὶ χειμῶνα παρέχοντα τῇ ψυχῇ καὶ σκότος κτλ.* In eadem diatriba (349, 20) verbum *τραχηλίζεσθαι* e Diogenis dicto receptum in curiosos transfertur. Similiter etiam dicit Epictetus IV 7, 23 *ἐμοὶ δ' ἰσχαδοκάρυόν ἐστιν* (scil. *στρατηγεία, ὑπατεία*), puerorum exemplum § 22 comparatum spectans.

12.

Etiam illius translationum generis cynicorum[1]) proprii, quo vocabula quaedam alio sensu ac vulgo usurpantur, ita ut sententiae evadant, quae dicuntur paradoxae, in diatribis exempla inveniuntur. Pertinet huc ipsius Bionis fragmentum e diatriba *περὶ δουλείας* composita servatum apud Stob. flor. II 38 H. *οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται ἐλεύθεροι, οἱ δὲ πονηροὶ ἐλεύθεροι δοῦλοι [πολλῶν ἐπιθυμιῶν].* cf. praeterea Plut. de virt. et vit. 247, 20 *τρυφήσεις ἐν πενίᾳ καὶ βασιλεύσεις.* Muson. 754, 20 *ὅτε πραθεὶς ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἦλθεν εἰς Κόρινθον (Διογένης) . . ., ἐλευθεριώτερος ἄλλος τις ἢ Διογένης τῶν τότε ἀνθρώπων ἦν; ὃς καὶ Ξενιάδου τοῦ πριαμένου αὐτὸν ὡς δεσπότης δούλου ἦρχεν.* Apud Horatium huius rei satis multa exempla inveniuntur in alterius libri sat. 3 et 7.

13.

Iam vero, ut ad aliud translationum genus transeam, commemoranda abstractorum et omnino rerum inanimarum tractatio, quae ita saepe usurpantur, ut subiecta agentia fiant et talia epitheta iis tribuantur, quae alioquin personis tantum adiungi solent. Pertinet quidem haec dicendi proprietas ad personarum fictionis[2]) sive prosopopoeiae figuram, quam adhiberi docet Rutilius Lupus pag. 15 Halm., *cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tamquam vivorum et praesentium actionem sermonemve deformamus.* cf. praecipue Quintil. IX 2, 29 sq. Quod ad philosophos attinet, primus, quantum scio, usus est prosopopoeia Prodicus sophista notissima illa de Hercule narratione,[3]) quam commemorat etiam Quintilianus l. c.

---

[1]) E. Weber pag. 138 sq.

[2]) ad Herenn. IV 66 pag. 371, 1 M. dicitur *conformatio.*

[3]) cf. Xenoph. Mem. II 1, 21 sq.

§ 36; post Plato,[1]) et inter alios inprimis cynici[2]) comoediae potissimum usum hac in re secuti.

Prosopopoeiae igitur ut aliqua exempla ex diatribis afferam, primus mihi citandus Bio apud Tel. 3, 5 *(ἡ τύχη) ὥσπερ ποιήτρια, ὁτὲ μὲν πρωτολόγου . . . περιτίθησι πρόσωπον κτλ.* cf. 40, 1. Apud Diog. Laert. IV 48 Bio gloriam dicit esse *ἐτῶν μητέρα,* ibid. IV 51 *δυσγένειαν πονηρὸν σύνοικον*[3]) *τῇ παῤῥησίᾳ.* cf. praeterea Bionem apud Stob. flor. XCIII 34 M. *πλοῦτον, ὃν τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖται.* ibid. CV 56 *τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη οὐ δεδώρηται, ἀλλὰ δεδάνεικεν.* Praeter illa Bionea exempla haec vide:

Tel. 28, 2 *ἐνίων ἡ ἀνελευθερία καὶ δυσελπιστία τὰ ὑπάρχοντα παρεσφράγισται οὐκ ἐῶσα ἅψασθαι.* 34, 13 *ἔχων συνεργὸν τὸν πλοῦτον τῇ αὑτοῦ κακίᾳ.*

Plut. de cup. divit. 358, 22 *ἐπιθυμία γάρ ἐστι μαχομένη πρὸς τὴν αὑτῆς πλήρωσιν. αἱ δ'ἄλλαι καὶ συνεργοῦσιν.* 359, 20 *ὥσπερ βαρεῖα καὶ πικρὰ δέσποινα· κτᾶσθαι μὲν ἀναγκάζει χρῆσθαι δὲ κωλύει (ἡ φιλοπλουτία).* 364, 1 *φροντὶς ἀφαιρουμένη τὸ ἄριστον καὶ συνελαύνουσα νυκτὸς εἰς τὸ βαλανεῖον.* 367, 11 *τυφλὸς*[4]) *γίγνεται καὶ ἀφεγγὴς ὁ πλοῦτος.*

de tranqu. 223, 28 *ἡ φύσις . . . οὐ χαίρει τοσοῦτον τοῖς ἰδίοις, ὅσον ἀνιᾶται τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς.* 236, 3 *ἡ τύχη δύναται νόσῳ περιβαλεῖν, ἀφελέσθαι χρήματα, διαβαλεῖν πρὸς δῆμον κτλ.* 214, 20 *τὴν τύχην δεξιὰν παρισταμένην ἐπαριστέρως λαμβάνοντες.*

de virt. et vit. 246, 4 *μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἔξω βλέπουσα καὶ συσχηματιζομένη πρὸς ἑτέρους ἡ κακία δυσωπεῖται καὶ παρακαλύπτει τὰ πάθη, καὶ οὐ παντάπασι ταῖς ὁρμαῖς ἐκδίδωσι ἑαυτὴν ἀλλ' ἀντιτείνει καὶ μάχεται πολλάκις. ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις ἀποφυγοῦσα δόξας καὶ νόμους καὶ ποῤῥωτάτω γενομένη τοῦ δεδιέναι τε καὶ αἰδεῖσθαι, πᾶσαν ἐπιθυμίαν κινεῖ καὶ ἐπανεγείρει τὸ κακόηθες κτλ.* 245, 18 *ἀεὶ συνοικοῦσα τοῖς σπλάγχνοις (ἡ κακία) . . . ‛εὕει ἄτερ δαλοῦ . . .' βαρεῖα συνέκδημος οὖσα δι' ἀλαζονείαν καὶ*

---

[1]) cf. Protagor. pag. 361 A.

[2]) cf. e. gr. Antisthen. apud Diog. Laert. VI 9 *εἰ φωνὴν λάβοι ὁ χαλκός, ἐπὶ τίνι ἂν οἴει σεμνυνθῆναι;* E. Weber pag. 161 sq. Norden pag. 344.

[3]) Similis prosop. apud Plut. de cup. divit. 367, 4. de tranqu. 210, 18.

[4]) E comoedia fluxit haec prosopopoeia. cf. Bluemner Studien zur Gesch. der Metapher im Griech. I Lips. 1891 pag. 48.

πολυτελὴς σύνδειπνος . . . καὶ σύγκοιτος ὀδυνηρά, φροντίσι . . . ἐκκόπτουσα τὸν ὕπνον καὶ διαφθείρουσα.
de curios. 337, 14 *ἡ ψυχὴ γέμουσα κακῶν παντοδαπῶν καὶ φρίττουσα καὶ φοβουμένη τὰ ἔνδον ἐκπηδᾷ θύραζε καὶ πλανᾶται περὶ τἀλλότρια, βόσκουσα καὶ πιαίνουσα τὸ κακόηθες.* 349, 22 *δεῖ . . . μὴ καθάπερ θεράπειναν ἀνάγωγον ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ἀποπεμπομένην ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ πράγματα συντυγχάνειν αὐτοῖς ταχὺ καὶ διαγγέλλειν.* 350, 5 *αἱ μὴ τυχοῦσαι παιδαγωγίας . . ὀρθῆς μηδ' ἀσκήσεως αἰσθήσεις προεκτρέχουσαι καὶ συνεφελκόμεναι πολλάκις εἰς ἃ μὴ δεῖ, καταβάλλουσι τὴν διάνοιαν.*
Muson. 751, 3 *οὓς ἡ φυγὴ σκληρότερον διαιτᾶσθαι συνεθίσασα . . ὑγιεῖς γενέσθαι παρεσκεύασεν . . . συνεργεῖ μᾶλλον ἢ ἀντιπράττει ἡ φυγή.*
Hor. sat. I 1, 2, 75. Fortasse etiam comparare licet sat. II 7, 74 *Iam vaga prosiliet frenis natura negatis,* quamquam de ipsa prosopopoeia hoc loco non agitur, nam equi potius similitudinem spectasse videtur poeta.

14.

Quod maius autem est, non raro inducuntur abstracta tamquam personae, quae et compellantur et ipsae loquuntur, et hae quidem sunt merae propriaeque prosopopoeiae:
Tel. 48, 3 *οὕτω καὶ ἀνὴρ ἀγαθὸς εἴποι πρὸς τὴν τύχην κτλ.* 4, 7 sermonem habes *Πενίας,* 5, 13 *Κακίας.* cf. 3, 15 *διὸ καὶ εἰ λάβοι, φησὶν ὁ Βίων, φωνὴν τὰ πράγματα κτλ.*[1])
Plut. de cup. divit. 356, 2 *ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν πρὸς τὸν πλοῦτον κτλ.* de tranqu. 232, 23 *πρὸς τὴν τύχην εἰπεῖν κτλ.* 235, 22 *πρὸς τὴν τύχην λέγοντας κτλ.* 237, 16 *ὁ γὰρ εἰπὼν ‚προκατείλημμαί σ', ὦ τύχη', κτλ.* cf. Zenonis illud *‚εὖγ' ὦ τύχη' κτλ.* 215, 7. Ipsae loquuntur *αἱ τῶν παθῶν φωναὶ πρὸς τὴν κενὴν δόξαν* 224, 23.
Hor. sat. I 2, 68 *Huic si mutonis verbis mala tanta videnti*
Diceret haec animus ‚Quid vis tibi' eqs.
cf. sat. II 2, 39 *‚Porrectum magno magnum spectare catino*
Vellem,' ait Harpyiis gula digna rapacibus.

Egregium prosopopoeiae exemplum habes Plut. an vitiositas ad inf. suff.[2]) 293, 6 (vol. III), ubi inducuntur Vitiositas et Fortuna inter se certantes.

---

[1]) Interest inspicere locos ad similitudinem Bioneae illius prosop. factos, quos congessit Norden l. c pag. 344 sq.
[2]) quo in libello non pauci perlucent Bionei colores. cf. ea, quae exposuit Hense Tel. pag. LXXXIX adn.

15.

Sicut autem res inanimae et compellantur et ipsarum fingitur sermo, ita etiam homines ipsi vel dii introducuntur. Velut longiore oratione compellatur apud Muson. 754, 4 Euripides: *ἐγὼ δὲ φαίην ἂν πρὸς τὸν Εὐριπίδην ὅτι ‚ὦ Εὐριπίδη' κτλ.* et similiter Deus apud Epict. II 16, 42 sq.: *πρὸς τὸν Θεὸν εἰπεῖν, ὅτι χρῶ μοι λοιπὸν εἰς ὃ ἂν θέλῃς,* ipse loquens inducitur Socrates Epict. diss. I 9, 23 sq. *‚Ἄν μοι λέγητε, φησὶ* (scil. *Σωκράτης*), *νῦν' κτλ.*

Ratio quidem haud dissimilis est eorum locorum, in quibus verbis quibusdam, quae recta oratione afferuntur, ipsos se alloqui homines fingitur. Rem illustret Plutarchus de exil. 550, 14 sq., ubi legitur: *ὅπου δ'αὐτὰ τὰ πράγματα δίδωσιν . . . πρὸς ἑαυτὸν εἰπεῖν ‚οὐδὲν πέπονθας δεινόν' κτλ.* Et hac quidem in re interdum omittitur verbum dicendi velut apud Tel. 46, 16 *‚ἀπογέγονεν ὁ φίλος' κτλ.* Ceterum etiam alioquin quorundam verba finguntur rectaque oratione redduntur, velut tum, cum sententiae commemorantur reprehensione dignae, quales vulgus occasione data eloqui studet.[1]) cf. Plut. de cup. divit. 363, 1 *Ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ παραινοῦσι . . ‚κέρδαινε καὶ φείδου' κτλ.* Hor. sat. I 1, 61 *At bona pars hominum . . . ‚Nil satis est inquit'* eqs. Epict. II 16, 13 *Εἶτα λέγομεν ‚κύριε ὁ θεός.'* Et interdum certa aliqua vitae condicio describitur ita, ut quaerenti alicui aliquid recta oratione eodem modo respondeatur, qualis dialogi exempla sunt Plut. de cup. divit. 364, 5 *κἂν εἴπῃ τις ‚οὐκ ἀκούσῃ τοῦ φιλοσόφου'; — ‚πόθεν ἐμοί'; φησίν· ‚οὐ σχολάζω τοῦ πατρὸς τεθνηκότος.'* de curios. 353, 9 *φίλου τινὸς εἰπόντος κτλ.* Epict. IV 7, 30 *ἂν δέ μοι λέγῃ κτλ.*

16.

Sed haec fortasse nimis absunt a prosopopoeiae natura. Optimum vero exemplum personarum fictae inductionis[2]) est adversarius, quem sibi eligit scriptor, ut per eius personam vulgares illustrentur opiniones et simul ab ipso ad absurdum ducantur. Contradicit autem plerumque adversarius aut verbo *φησίν* addito aut omisso dicendi verbo. Optime quidem dialogi forma cognosci potest apud Teletem (cf. 9, 8. 17, 3. 19, 2. 24, 1. 34; 1. 47, 3. 47, 7.), in Horatii saturis quibusdam (cf. I 1, 43. 51. 55—56.), nec non apud

---

[1]) diversae scilicet a contradictionibus adversarii.

[2]) *est et incertae personae ficta oratio: ‚hic aliquis' et ‚dicat aliquis'* Quintil. IX 2, 36.

Epictetum (ubi alacerrimus plerumque est dialogus; cf. e. gr. II 16 init., III 26, 4. IV 7 init. 31, 33), recedit magis apud Musonium et Plutarchum, quamquam etiam apud hos adversarii vestigia inveniuntur (cf. e. gr. Muson. 753, 18. Plut. de cup. divit. 355, 15. 364, 16. de tranqu. 222, 8. de curios. 339, 25).

Adversarii contradictioni saepe respondetur interrogatione, velut Tel. 9, 8: — *Ἀλλ' ὅμως δοκεῖ μοι ἔχειν τι ἡ πενία δυσχερές κτλ.* — *καὶ τί ἔχει δυσχερές*; cf. 19, 4. 24, 2. Plut. de tranqu. 220, 12. Epict. II 16, 40. III 26, 4. IV 7, 33; interdum etiam exemplo aliquo: Tel. 17, 3 — *Ἀλλ' οὐδὲ ἐξουσίαν ἕξεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν.* — *Οὐδὲ γὰρ νῦν εἰς τὸ Θεσμοφόριον κτλ.* vel interrogatione exemplum aliquod continente, velut Tel. 19, 2 — *Ἀλλ' ὅμως μέγα μοι δοκεῖ τὸ ἐν ᾗ ἐγένετό τις καὶ ἐτράφη, ἐν ταύτῃ καταγενέσθαι.* — *Πότερον καὶ ἐν οἰκίᾳ ἐν ᾗ ἐτράφης, κἂν ᾖ σαπρά*; Saepe etiam adversarii interrogationem sequitur interrogatio: Tel. 18, 3 — *Τί οὖν; ὑπὸ χειρόνων φυγαδεύεσθαι οὐ παροινία*; — *Σὺ δ' ἂν ἐβούλου, φησίν, ὑπὸ καλῶν καὶ ἀγαθῶν*; cf. 18, 14. 21, 3. 26, 13. Plut. de cup. divit. 364, 17. de tranqu. 220, 12. Epict. II 16, 32. Hor. sat. I 1, 101 sq.

17.

Dialogi vero natura cognoscitur non modo e verbis adversarii, sed etiam ex alacri illa vividaque ratione ad ipsum lectorem verba dirigendi. Quae intellegi potest cum e toto disputandi modo (cf. e. gr. tales interrogationes quales sunt *τί λέγεις*; Plut. de exil. 567, 22. cf. de cup. divit. 366, 20. Epict. IV 7, 15, vel *οὐχ ὁρᾷς;* Tel. 24, 2. 34, 3. 35, 2. Plut. de virt. et vit. 247, 11, vel *σὺ δ' οὐκ ἀκούεις*; Plut. de cup. divit. 364, 17. cf. etiam Musonium 754, 19 *σὺ δ' εἰπέ μοι, ὦ ἑταῖρε*), tum e conviciis, quibus secundum morem cynicum auditorem vel lectorem alloquitur scriptor. Velut *ὦ κακόδαιμον* Plut. de cup. divit. 360, 13; *ὦ ταλαίπωρε* 364, 7. Epict. III 26, 3; *τάλας* Epict. II 16, 32; *μωρέ* Epict. II 16, 13; *ὦ πονηρέ* Plut. de cup. divit. 360, 21. Hor. sat. II 3, 123 *Dis inimice senex.* cf. Plut. de cup. divit. 366, 20, ubi Menelaum appellat scriptor *ἀβέλτηρε.*

18.

Supra iam vidimus, quanta opera id egerint diatribarum auctores, ut quam maxime dilucide et efficaciter scriberent. Unde factum ut etiam miro studio exempla proponerent cynici[1]) eorum,

[1]) cf. E. Weber pag. 93.

quae vel fugienda vel imitanda dicebant.[1]) Itaque castigatur Tel. 44, 8 Attica quaedam mulier, Plut. de cup. divit. 360, 3 Demades, 365, 17 Scopas, de tranqu. 219, 15 Chius quidam, 225, 24 Dionysius maior, 352, 10 Oedipus. Laudatur Socrates Tel. 11, 10. Plut. de tranqu. 213, 15. de exil. 554, 21. de curios. 336, 26. Epictet. II 16, 35. III 26, 23; Hercules, cynicorum patronus, Epict. II 16, 44. III 26, 31; Crates Tel. 9, 11. Plut. de tranqu. 213, 6; Diogenes Tel. 7, 1; 8, 12; 9, 11; Plut. de tranqu. 213, 12. 240, 4. de exil. 557, 19. 564, 24. 567, 22. 569, 15. Epict. II 16, 35. III 26, 33. Muson. 754, 20. Et eiusmodi exempla alia inveniuntur centena, quae non opus est omnia exaggerare.

19.

Sicut per certi cuiusdam hominis dictum aliquod factumque memorabile docere studet diatribarum auctor, ita etiam saepe singulare quoddam alicuius vitii fingit exemplar, quo melius illud illustretur. Qualia exempla vix est quod moneam prorsus diversa esse ab iis, quae commemoravi pag. 17 sq. scilicet comparationum tantummodo vice fungentibus. Itaque Plutarchus de curios. 342, 19 ut demonstret, quanta reprehensione digna sit curiosorum consuetudo aliena mala investigandi atque detegendi, primum in universum exponit molestam esse omnibus suorum malorum patefactionem, *ὥστε πολλοὺς ἀποθανεῖν ἂν πρότερον ἢ δεῖξαι τι τῶν ἀποῤῥήτων νοσημάτων ἰατροῖς.* Et hoc quidem deinde (22) illustrat exemplo urbane ficto: *Φέρε γὰρ Ἡρόφιλον ἢ Ἐρασίστρατον ἢ τὸν Ἀσκληπιὸν αὐτὸν, ὅτ' ἦν ἄνθρωπος, ἔχοντα τὰ φάρμακα καὶ τὰ ὄργανα κατ' οἰκίαν παριστάμενον ἀνακρίνειν, μή τις ἔχει σύριγγα περὶ δακτύλιον ἢ γυνὴ κάρκινον ἐν ὑστέρᾳ . . ., ἀλλὰ πᾶς ἄν τις, οἶμαι, τὸν τοιοῦτον ἀπήλασεν.*
cf. Plut. de cup. divit. 358, 7. 364, 5. de curios. 344, 2. Epict. II 16, 5. 22. Hor. sat. II 3, 111. cf. etiam Tel. 8, 8.

20.

Proxime abest ab hac dicendi proprietate exemplificatio illa in saturis potissimum crebra, qua quae antea brevius in universum dicta sunt, copiose per multa exempla et illustrantur et amplificantur. Velut Tel. 4, 9 interrogatio *ἀλλὰ μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὴς εἶ;* per totum Paupertatis sermonem exemplis explicatur:

---

[1]) cf. Demonact. fragm. 4. Mull. *ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σαυτὸν καὶ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ.*

ἢ οὐ μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ λαχάνων; κτλ. cf. 38, 8. Plut. de cup. divit. 365, 25. de tranqu. 215, 10. 215, 25. 220, 18. 221, 23. 223, 5. 225, 12. 227, 3. 227, 15. de curios. 340, 13. 347, 6. 348, 3. 351, 2. 353, 22. Epict. II 16, 15. IV 7, 13. 18. 37. Hor. sat. I 1, 4 sq.

Aliud hoc est genus exemplificationis, ut intra sententiam quaedam res, quae saepe uno abstracto vel perpaucis certe verbis exprimi poterant, in exempla dissolvantur. Qualem exemplificationem vides simillimam esse ei figurae, quam *συναθροισμόν* vocant rhetores.[1])

Itaque Plutarchus de cup. divit. 356, 5 pro ‚*τῶν ἀναγκαίων δεομένους*' sic dicit: ‚*ἄρτου δεομένους καὶ οἴκου καὶ σκέπης μετρίας καὶ τοῦ τυχόντος ὄψου*', pro ‚*τῶν ἀχρήστων*' ita: ‚*χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ἐλέφαντος καὶ σμαράγδων καὶ κυνῶν καὶ ἵππων.*' Similia inveniuntur 363, 26. 365, 13. Tel. 38, 11. Plut. de tranqu. 212, 12. 225, 22. 228, 22. 229, 13. 236, 3. 239, 11. de virt. et vit. 247, 3. de curios. 338, 6. 338, 23. 340, 26. 347, 10. Epict. II 16, 32. III 26, 21. Hor. sat. I 1, 28. 38. Muson. 748, 9.

21.

Notum deinde est Homeri, tragicorum, comicorum, Theognidis, Pindari, aliorum poetarum versus, nonnunquam paululum deflexos, perlubenter usurpasse cynicos.[2]) Cuius rei in diatribis multa exstant exempla. Vario autem modo versus citari solent. Etenim nonnunquam orationi inseruntur sine coniunctionis indice, ita ut facile amoveri possint versus sine ullo damno aut sensus aut verborum constructionis, velut Tel. 32, 3 *πρεσβύτης γέγονε· πάλιν ἐπιθυμεῖ τὰ ἐν νεότητι,*

‚*ἡ νεότης μοι φίλον ἀεί, τὸ δὲ γῆρας*
βαρύτερον Αἴτνης'

καὶ μακαρίζει τὸν τοῦ παιδὸς βίον. cf. 15, 9. Plut. de cup. divit. 359, 5. de tranqu. 213, 10. de curios. 335, 1. 349, 8.

Aliis locis abrupte quidem inducuntur versus, quae vero sequuntur, ita ad versus referuntur, ut sensum ipsorum amplificent, velut Plut. de virt. et vit. 244, 17

‚*αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι*'

καὶ πλοῦτος ἡδίων καὶ δόξα λαμπροτέρα κτλ. cf. 245, 11. Tel.

---

[1]) cf. inprimis Rutil. Lup. pag. 4 H. Quintil. VIII 4, 27. Alex. apud Walz. rhet. gr. vol. VIII pag. 439.

[2]) Wachsmuth l. c. pag. 70.

23, 5. vide etiam 41, 3. Nonnunquam versu exprimitur protasis: Plut. de curios. 335, 6

,ὅσον ὕδωρ κατ' Ἀλιζόνος ἢ δρυὸς ἀμφὶ πέτηλα',
τοσοῦτον πλῆθος εὑρήσεις ἁμαρτημάτων ἐν τῷ βίῳ. cf. etiam de exil. 555, 1.

Non raro vero sermoni qui antecedit poetici versus arte nexi sunt et universae sententiae verborumque constructioni prorsus accommodati.

Hoc fit, si additamentum quoddam per se non necessarium versu continetur: Tel. 24, 5 ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πρίαμος οὐδ' ἔτλη ἕζεσθαι ἐπὶ θρόνου

,πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων'

cf. 40, 10. Plut. de cup. divit. 356, 17. de tranqu. 222, 19. 227, 20. 229, 7. de exil. 558, 24. 561, 6. 8. de curios. 336, 18. 337, 20. — Praecedentia versibus declarantur Tel. 31, 13 ἐξ ὧν ἐν ἐνδείᾳ καὶ σπάνει ἔσται·

,ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ νόον.'

cf. 40, 16. Plut. de tranqu. 214, 1. — Saepe sententiae, quae prosa oratione inceptae sunt sed ad finem nondum perductae, quia deest membrum aliquod necessarium sicut praedicatum, subiectum, vel aliud quid, supplentur versibus: Plut. de virt. et vit. 245, 18 ἀεὶ συνοικοῦσα τοῖς σπλάγχνοις . . . (ἡ κακία)

,εὕει ἄτερ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκε.'

cf. de cup. divit. 365, 11. de tranqu. 210, 10. 215, 18. 217, 6. 231, 20. 232, 1. de exil. 561, 24. 563, 25. de curios. 347, 14.

22.

Parodias Homericas sicut ceteros cynicos [1] etiam Bionem adamasse testis est Diog. Laert. IV 7, 52 εὐφυὴς γὰρ ἦν (ὁ Βίων) καὶ παρῳδῆσαι, οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα:

,Ὦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενές, ὀλβιότυφε,
Τῆς ὑπάτης ἐρίδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν'
= { Γ 182 Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον,
Α 146 πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν.'

Quae ars parodica non modo in satura Menippea nunquam cessavit, sed etiam in Romanam irrepsit saturam. Contra in Plutarchi diatribis parodiae Homericae rarae sunt. Exemplum invenitur apud Plut. de cup. divit. 366, 14, ubi legimus a parodiis non aliena. Primum enim laudantur verba Telemachi divitias Menelai adstupentis:

,Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.
ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα'.

[1] Wachsmuth pag. 69 sq.

Et paulo post habes parodiam:

Σωκράτης δ' ἂν εἶπεν ἢ καὶ Διογένης·
‚ὅσσα τάδ' ἄθλια πολλά . . . γέλως μ' ἔχει εἰσορόωντα.'

Apud Epictetum vel Musonium similia mihi non obvenerunt. Ceterum constat huiusmodi non pauca inveniri apud Lucianum.

23.

Ethica Homericorum carminum interpretatio, quae inde ab Antisthene[1]) in usu erat cynicorum, non raro in diatribis occurrit. Velut Tel. 15, 7 Phoenicis exemplo comprobatur exilio non externis bonis homines privari, cum multis contra in exilium eiectis res praeclariores factae sint; 40, 9 laudatur Laertes ut paupertate sua contentus, idem vituperatur 25, 2; Plut. de cup. divit. 366, 7 castigatur Telemachus divitias Menelai admiratus et paulo post (366, 20) ipse Menelaus ob luxuriam; laudatur Ulixes de curios. 336, 12 ut non curiosus, Epict. III 26, 33, quod naufragio facto animo non deiectus sit, idem laudatur Muson. 752, 6. cf. etiam comparationes e carminibus Homericis repetitas apud ipsum Bionem Plut. de liber. educ. 15, 27 (vol. I) *ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι κτλ.* cf. Tel. 24, 5. Et eadem ratione etiam tragicos ad propositum suum referentes ethice explicant diatribarum auctores, cuius rei optimum exemplum invenitur apud Plut. de curios. 352, 10, ubi copiose exponitur Oedipodem summis malis implicatum esse curiositate. Nonnunquam etiam oppugnantur poetae, quia falsa docuerint, velut Euripides apud Plut. de exil. 568, 10 et apud Muson. 753, 18 sq.

24.

Quacum interpretatione poetarum morali artissime cohaeret homileticum disputandi genus a cynicis cultum. Cynicarum quidem homiliarum[2]) optimam etiam exprimunt imaginem commentarii Teletis, id quod cum satis iam illustraverit E. Weber pag. 212 sq., non opus videtur esse, quae ille exposuit, retractare.[3])

---

[1]) cf. Duemmler „Antisthenica" pag. 22 sq. E. Weber l. c. pag. 224 sq.

[2]) de origine et natura homiliarum cf. Wilamowitz in disputatione citata et E. Weber pag. 198 sq.

[3]) Ex posteriorum optima homiliarum exempla praebent Dio Chrysostomus et Maximus Tyrius. cf. Wilamowitz l. c. pag. 313 „Dion und Maximus von Tyrus sind die ächten nachkommen der wanderprediger des dritten jahrhunderts." De Dione singulariter hoc demon-

Eodem vero modo Epicteti dissertationes non paucae homilias redolent. Nonnunquam enim ille in initio diatribae paucis verbis comprehendit illud de quo acturus est. Velut in initio dissert. IV, 7 positum est thema *τί ποιεῖ φοβερὸν τὸν τύραννον*; similiter quae legimus in initio dissert. IV 5 *Ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς οὔτ' αὐτὸς μάχεταί τινι οὔτ' ἄλλον ἐᾷ κατὰ δύναμιν* thesis est, quae sequente disputatione illustratur comprobaturque. cf. etiam Muson. 748, 8. Quodsi ipsam aliquam diatribam totam homiliam dicere nonnunquam fortasse dubitaveris, hoc certe negari non poterit intra diatribam universum tenorem plerumque esse homileticum. Velut Plut. de curios. 341, 18 sq. prorsus homiletice agitur de tragicis versibus

‚οἴμοι, τὸ κακὸν τῆς εὐτυχίας
ὡς μᾶλλον ἐς οὓς φέρεται θνητῶν.' [1])

(cf. etiam de cup. divit. 358, 19. de curios. 350, 1), nec scio quid propius absit ab homiliis quam copiosa illa illustratio ac confirmatio Diogenis apopthegmatis de tranqu. 240, 6 allati. cf. etiam de tranqu. 236, 3. de curios. 337, 25. 339, 9. 349, 13.

25.

Orationis deinde vigor magnam partem efficitur permultis interrogationibus insertis. cf. Tel. 4, 4 sq. Epict. II 16, 32. III 26, 1. IV 7, 15. 28. Muson. 754, 21. Hor. sat. II 3, 122 sq., ubi cumulantur interrogationes. Memorabiles sunt eae, quae quam stulta sit vulgaris sententia, absurdo aliquo exemplo docent: Tel. 5, 2 *ἢ πεινᾷ τις πλακοῦντα*; Epict. II 16, 14 *τηλικαύτας ἔχων χεῖρας ἔτι ζητεῖς τὸν ἀπομύξοντα*; III 26, 15 *τίνα πώποτ' εἶδες*

---

stratum est ab Ernesto Webero pag. 221 sq.; nec minus exstat homileticum dicendi genus apud Maximum. Ut breviter duo exempla proponam, diss. XIII statim in initio tamquam thema subiciuntur versus

‚Ὑγεία πρεσβίστα μακάρων,
μετὰ σοῦ ναίοιμι
τὸ λειπόμενον βιοτᾶς.'

qui tota quae sequitur disputatione verbose explicantur: *Ἐρωτῶ δὴ τὸν ποιητὴν τοῦ ᾄσματος, τίνα καὶ οὖσαν τὴν ὑγείαν ταύτην ξύνοικον αὑτῷ ἐλθεῖν παρακαλεῖ κατὰ τὴν εὐχήν. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑποπτεύω κτλ.* In diss. III thema est fabula quaedam Aesopea cuius moralem sensum (cf. sub init. *καταμέμικται δὲ ἐν τοῖς λόγοις τούτοις νοῦς βραχύς, αἰνιττόμενός τι τῶν ἀληθῶν*) sequente dissertatione elicere studet sophista. Denique plenus est Maximus moralis interpretationis Homeri, de quo dicit diss. XXXII pag. 127, 1 Duebn. *καὶ Ὅμηρος μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας, ὁ ἡγεμὼν τοῦ γένους.*

[1]) cf. Nauck fragm. trag.[2] pag. 913.

τριγχὸν περιοικοδομοῦντα μηδενὶ τειχίῳ περιβαλλόμενον αὐτόν; ποῖος δὲ θυρωρὸς καθίσταται ἐπὶ οὐδεμιᾷ θύρᾳ; Hor. sat. I 2, 114 *Num tibi cum fauces urit sitis, aurea quaeris Pocula?* eqs. sat. II 2, 27 *Num vesceris ista Quam laudas pluma?*

Interdum *διαλογισμοῦ* [1]) figura utitur scriptor ita, ut interrogationi ipse statim addat responsum. Epict. IV 7, 21 *διὰ τί οὖν βιάζομαι; οἶδα γὰρ κτλ.* cf. II 16, 14. Hor. sat. II 3, 295 *Quone malo mentem concussa? Timore deorum.* Similia inveniuntur multa, sed in non paucis dubitatio exsistere potest, utrum ipse scriptor quaerat, an fictus adversarius. — Praecipue efficaces sunt eae interrogationes, quae e duobus membris constent acriter sibi oppositis: Tel. 35, 13 *ἢ πάλιν οἰκέται μὲν οἱ τυχόντες αὐτοὺς τρέφουσι . . ., ἐλεύθερος δὲ ἀνὴρ αὐτὸν τρέφειν οὐ δυνήσεται;* cf. 20, 7. Plut. de tranqu. 219, 11. 222, 14. de cup. divit. 366, 20. Similis ratio est eorum locorum, quibus affertur exemplum aliquod, cui *ἀντιθέτως* opponitur interrogatio: Tel. 18, 16 *ἀλλ' εἰ μὲν τὴν γυναῖκα ᾔσθου πονηρὰν . . . οὖσαν, πρότερον μὴ εἰδὼς ἂν ἔσχες χάριν· εἰ δὲ τὴν πατρίδα πονηρὰν . . . ᾔσθου, ἀκληρεῖν ἡγήσῃ ἀλλ' οὐ χάριν ἕξεις;* cf. Hor. sat. II 3, 211 *Aiax cum immeritos occidit, desipit, agnos: Cum prudens scelus ob titulos admittis inanes, Stas animo?*

26.

Legentibus nobis diatribas fieri non potest, quin valde miremur dictionis modo brevitatem, modo abundantiam. Atque illa quidem inprimis cognoscitur e crebritate asyndeti, quam figuram ad *ἀγωνιστικὴν* pertinere *λέξιν*, minus ad *γραφικήν*, docet Aristotel. Rhet. III 12. Itaque saepe compluria vocabula *ἀσυνδέτως* componuntur:

Tel. 11, 1 *τοὺς ὀφθαλμούς, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας.* cf. 5, 10. 14, 9. 26, 9. 26, 11. 31, 6. 32, 1. 38, 11. 39, 7. 40, 2. 41, 12. Plut. de cup. divit. 355, 11. 360, 25. 363, 23. 366, 10. 367, 1. de tranqu. 212, 10. 220, 19. de exil. 552, 18. 553, 5. 555, 5. 556, 9. 564, 23. de curios. 334, 5. 339, 13. Epict. II 16, 32. 45. IV 7, 9. Hor. sat. I 1, 39. — Enuntiatorum asyndeta praecipue intelleguntur e ratione exempla afferendi: Tel. 45, 17 *γεωργὸς οὐ ποιεῖ τοῦτο.* 35, 4 *Ζήνων ἔφη* cf. 15, 11. 15, 19. 16, 2. 44, 5. Plut. de cup. divit. 358, 3. 359, 14. 360, 18. de exil. 551, 5 de tranqu. 213, 2. 215, 5. 223, 13. 225, 24. 235, 6. Epict. II 16, 3. Hor. sat. I 3, 21.

---

[1]) cf. Charis. pag. 283.

Brevitatis studio etiam debetur ea figura[1]) in diatribis crebra, qua duo membra alicuius enuntiati, inter quae logica quaedam ratio (plerumque condicionalis vel temporalis) interest, ita ut alterum alteri subiunctum sit, tamquam primariae sententiae ἀσυνδέτως iuxta ponantur: Tel. 6, 12 *εὐδία, γαλήνη· ταῖς κώπαις πλέουσιν.* 32, 2 *πρεσβύτης γέγονε· πάλιν ἐπιθυμεῖ τὰ ἐν νεότητι.* cf. 38, 12 sq. 39, 6 sq. Plut. de tranqu. 215, 10. Saepe alterum membrum imperativus est: Tel. 7, 3 *ἄπορος πάλιν γέγονας· μὴ ζήτει τὴν τοῦ εὐπόρου δίαιταν.* cf. 10, 1. Epict. IV 7, 13. 23. Hor. sat. I 3, 49 sq. *Parcius hic vivit: frugi dicatur* eqs. cf. etiam Plut. de tranqu. 228, 7 = de exil. 558, 10.

27.

Abundantia inprimis efficitur usu synonymorum, qui tam largus est in diatribis, ut unum alterumve exemplum e libellis praecipue a me tractatis proferre sat habeam. Quod ad Teletem pertinet, inspicias velim Muellerum l. c. pag. 65 sq. cf. praeterea Plut. de cup. divit. 357, 13 *συνεχῶς καὶ μὴ πανόμενον.* 357, 18 *ἐνδεὴς καὶ ἄπορος.* de tranqu. 211, 4 *πολιτευομένους καὶ πράσσοντας τὰ κοινά.* 220, 1 *συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν.* de exil. 550, 2 *παρόντας ὠφελίμως καὶ βοηθοῦντας.* 570, 11 *οὐ γὰρ οἱ μαθόντες οὐδ' ἐπιστάμενοι.* 555, 23 *εὐκόλως καὶ ἱλαρῶς.* de curios. 337, 23 *τὰ κρυπτόμενα καὶ λανθάνοντα.* 350, 22 *λοιδορουμένων καὶ κακῶς λεγόντων.* Epict. III 26, 25 *ἄχρηστον καὶ ἀνωφελῆ.* IV 7, 10 *κωλύεσθαι, ἐμποδίζεσθαι.* Muson. 749, 19 *ἄφρων καὶ ἀνόητος.* Hor. sat. I 3, 85 *insuavis, acerbus.* II 3, 107 *delirus et amens.*

Fortasse hoc loco commemorari potest ratio illa in diatribis saepissime obvia, aliquam sententiam affirmative exprimendi, simul vero contrarium negandi. Cuius rei nonnulla exempla proxime absunt a synonymis velut Tel. 22, 8 *εἰ δὲ μὴ τύχοις χθονὸς πατρῴας, ἀλλ' ἐπὶ ξένης ταφείης.* cf. 23, 1. 23, 7. Plut. de tranqu. 213, 19. 220, 17. Pluribus locis ἀντιθέσει quadam acri et perspicuitatem efficiente vis orationis augetur velut Tel. 6, 6 *ἀνιάσῃ, οὐχ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων τρόπων.* cf. Epict. enchirid. cap. 5 *ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα.* Tel. 6, 7 *δεῖ μὴ τὰ πράγματα πειρᾶσθαι μετατιθέναι, ἀλλ' αὐτὸν παρασκευάσαι.* 31, 2 *οὐ σπανίζων . . οὐδὲ ἐνδεὴς ὤν, ἀλλ' ἀρκούμενος τοῖς*

[1]) Egerunt de ea C. Fr. Hermann ind. schol. Gotting. aest. anni 1850 et H. de Mueller l. c. pag. 69—70.

παροῦσι. cf. praeterea 6, 9. 8, 11. 11, 2. 12, 8. 13, 1. 25, 11. 28, 10. 45, 17. 46, 14. 48, 4. Plut. de virt. et vit. 247, 9. 247, 23. de curios. 335, 19. 338, 16. 341, 5. 343, 7. 347, 2. Epict. II 16, 15. 26. Muson. 756, 8. 12. Hor. sat. II 2, 120.

Sed haec iam sufficiant de abundantia dictionis.[1])

28.

Iam vero, ut ad aliqua rhetorica orationis ornamenta in diatribis usitata transeam, mirum esse non potest, quod crebro occurrit anaphora ad persuadendum inprimis idonea. cf. quod ad Teletem attinet, Muellerum l. c. pag. 72 et praeterea Plut. de cup. divit. 363, 24, ubi repetitur *οὐ.* de tranqu. 212, 10 *ταῦτα.* 233, 6 *οἶδα.* 238, 20 *οὐ.* 239, 11 *οὔτε.* de exil. 557, 12 *οἵας.* Epict. II 16, 12 *οὐ δυνάμεθα.* 14 *οὐ δέδωκεν.* III 26, 34 *οὐ.* IV 7, 35 *περὶ.* Hor. sat. I 1, 84 *non.*

Artificiosius est studium membra aequaliter conformandi, quod inprimis Bionem adamasse ex ipsis Bioneis fragmentis et Teletis reliquiis ita demonstravit Hense,[2]) ut pauca exempla ex posteriorum diatribis addere satis videatur esse. Tres igitur locos ita exscribo, ut rem illustrem tabella adpicta, cuius in parte sinistra semper exstat primum enuntiati membrum, in dextera alterum, quod illi respondet:

Muson. 756, 1 sq.

παροῦσαι τε	*ἀποῦσαι τε*
κοσμεῖν καὶ ὠφελεῖν	*βλάπτειν καὶ καταισχύνειν*
πεφύκασι τὸν ἄνθρωπον	
καὶ ἐπαινετὸν ἀποφαίνειν καὶ εὐκλεῆ,	*κακὸν ἀποφαίνουσαι καὶ ἀκλεῆ.*

Muson. 749, 15

ὥσπερ οὖν εἴ τις	*οὕτω καὶ ὅστις*
ἐν τῇ πατρίδι ὢν	
καὶ ἑτέραν οἰκίαν οἰκῶν, οὐκ ἐν ᾗ ἐτέχθη,	*ἑτέραν πόλιν οἰκῶν,* *οὐκ ἐν ᾗ τυγχάνει γεγονώς,*
δεινοπαθοίη διὰ τοῦτο καὶ ὀδύροιτο,	*συμφορὰν ἡγεῖται,*
μάταιος ἂν εἴη	*ὁ τοιοῦτος εἰκότως ἂν ἄφρων νομίζοιτο*
καὶ καταγέλαστος·	*καὶ ἀνόητος.*

[1]) Rariora enim sunt polysyndeta. Inveniuntur e. gr. Tel. 7, 8. 32, 15. Plut. de tranqu. 224, 16. de virt. et vit. 245, 6.

[2]) Tel. pag. LXXXIV sq.

Plut. de curios. 348, 3

τί γὰρ χαλεπόν ἐστιν	*ἢ τί δυσχερὲς*
ἐν ταῖς ὁδοῖς	*ἐν τοῖς περιπάτοις*
τὰ ἐπὶ τῶν τάφων ἐπιγραφὰς	*τὰ κατὰ τῶν τοίχων γράμματα*
μὴ ἀναγιγνώσκειν,	*τῇ ὄψει παρατρέχειν;*

cf. Plut. de cup. divit. 364, 20. de exil. 567, 3. de curios. 345, 1. Epict. II 16, 7. Muson. 756, 7.

Eorum locorum, quos modo proposui, complures simul exempla sunt homoeoteleutorum. Alia habes Tel. 23, 1 *κρυφθείης-ῥιφθείης*.[1]) 27, 13 *χρήματα-κτήματα*. Plut. de cup. divit. 356, 23 *οὗτοι-τοιοῦτοι*. 357, 14 *πληρώσεως-καθάρσεως*. de tranqu. 214, 14 *εὐτυχία - δυστυχία*. 215, 12 *ἀκινδύνως - ἀπραγμόνως*. 217, 2 *ἀκραχολίαι - δυσκολίαι*. 237, 26 *ἀτονίαν - μαλακίαν*. de curios. 339, 20 *ζηλοτυπία-ὑποψία-ἀπιστία*. 339, 27 *βελτίω-ἡδίω*.

Conversionis figuram ipsum Bionem lubenter adhibuisse testis est Diog. Laert. IV 48 ‚*τὸν μὲν Ἀμφιάραον*,' *ἔφη* (scil. *Βίων*), ‚*ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν*'. et IV 50 ‚*οὐχ οὗτος*,' *ἔφη* (scil. *Βίων*), ‚*τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον*.' Denique quod pertinet ad amphiboliae et paronomasiae usum Bioneum nihil habeo quod addam Wachsmutho pag. 71 et Hensio Tel. pag. LXXXV. cf. etiam Norden l. c. pag. 280 adn.

Cap. III.

De Senecae ratione dicendi.

Jam vero, ut ad Senecam revertamur, videamus, quatenus congruat eius disputandi ratio cum Bionei sermonis imagine illa, qualem ipsis Bionis fragmentis et diatribarum eius imitatoribus exprimi priore capite vidimus.[2])

Qua in re praemoneo, ne inutiliter molestus essem mole exemplorum, nunquam fere ad sermonis observationem illustrandam omnia quae habui exempla in conspectu me proposuisse, quamvis ipse interdum omnia collegissem. Ubi vero pauca afferre exempla sufficiebat, plerumque ea repetivi e dialogis de providentia, de vita beata, de tranquillitate animi, de brevitate vitae compositis, quos omnino praecipue respexi.

[1]) *ῥιφθείης* emendatio est Meinekii.
[2]) Quanta sit similitudo, breviter, sed perbene monuit Leo in Herm. vol. XXIV pag. 84.

1.

Initium igitur faciendum est e copia verborum. Primum autem talia commemoro, quorum formae aliquid inhaeret vulgare velut deminutiva (cf. pag. 9.):

de provid. 1, 1 *particula*. 1, 6 *vernula*. de v. beata, 4, 4 *corpusculum*. 9, 2 *herbula*. 15, 4 *punctiuncula*. 17, 2 *pauculi*. de tranqu. 1, 5 *arcula*. 2, 1 *motiuncula*. 17, 4 *puerulus*. Plura praebet Rauschning[1]) pag. 42 sq.

Sed accedunt alia vulgari formatione insignia[2]) velut

substantiva desinentia in-mentum. cf. Rönsch[3]) pag. 22 sq. de provid. 3, 12 *medicamentum*. 4, 9 *fomentum*. 4, 14 *alimentum*. 6, 9 *spiramentum*. de v. beata 12, 4 *velamentum*. 25, 2 *stramentum, tomentum*. de tranqu. 1, 3 *duramentum*. 9, 7 *loculamentum*. de const. 2, 3 *purgamentum*. de ira II 25, 3 *sternutamentum*. cf. Rauschn. pag. 31 sq.

subst. des. in-arium et-orium. de v. beata 7, 3 *sudatorium*. de tranqu. 8, 8 *vestiarium*. 9, 6 *armarium*. de ira I 16, 4 *valetudinarium*. de clem. I 8, 2 *vivarium*. de benef. IV 36, 1 *linguarium*. ep. 87, 3 *pulmentarium*. ep. 114, 26 *veterarium*. Quibuscum substantivis maxime cognata sunt

adiectiva des. in-arius et-orius. cf. Guericke[4]) pag. 31. de brevit. 10, 1 *cathedrarius*. 17, 5 *mercennarius*. de ira III 37, 2 *catenarius*. de otio 7, 3 *voluptarius*. ep. 117, 30 *latruncularius*. Pleraque huiusmodi adiectiva substantiva facta sunt velut de tranqu. 8, 4 *plagiarius*. de const. 14, 1 *lecticarius, cinerarius, ostiarius, cubicularius*. de benef. I 14, 1 *stabularius*. II 19, 1 *bestiarius*. ep. 56, 2 *botularius, crustularius*. ep. 108, 4 *unguentarius*. ep. 122, 16 *cellarius*. de benef. VI 32, 1 *quaestuaria*.

Non minus vulgariter sunt formata:

adiect. des. in-bundus. cf. Guericke pag. 32. Rönsch pag. 138 sq. de v. beata 12, 3 *ructabundus*. 18, 2 *reptabundus*. ep. 47, 8 *nausiabundus*.

adiect. des. in-osus. cf. Rönsch pag. 138 sq. Guer. pag. 32. de provid. 4, 16 *formidolosus*. de v. beata 7, 3 *callosus*. de tranqu.

---

[1]) „de latinitate L. Annaei Senecae phil." diss. Regimont. 1876.

[2]) affero inter haec simul ea, quae res studiaque in cottidiana vita solemnia significant, quoad vulgariter sunt formata.

[3]) Itala und Vulgata[2] Marburg 1875.

[4]) „de linguae vulgaris reliquiis apud Petronium" diss. Gumbinn. 1875.

1, 2 *morosus*. 1, 17 *tumultuosus*. de brevit. 12, 2 *aeruginosus*. 15, 1 *sumptuosus*. nat. qu. V 11, 1 *somniculosus*. Plura praebet Hoppe[1]) pag. 19.

verba intensiva et incohativa in vulgari sermone usitata, cf. Rönsch pag. 213 sq. Ludwig[2]) pag. 31. Guer. pag. 34 sq. Wölfflin[3]) pag. 157 sq. de provid. 5, 11 *territare*. de v. beata 7, 3 *latitare*. 27, 1 *discursitare*. de tranqu. 2, 6 *versare*. de brevit. 11, 1 *clamitare*. 14, 3 *discursare*. Denique[4]) commemorentur

verba transit. des. in-are, quae derivata sunt aut a substantivis, cf. Rönsch pag. 154 sq. Guer. pag. 35 sq. velut de v. beata 17, 4 *verminare*. de tranqu. 1, 11 *arietare*; aut ab adiectivis; cf. Rönsch pag. 162 sq. Guer. l. c. velut de provid. 2, 5 *contristare*. de tranqu. 8, 1 *angustare*. ep. 2, 1 *inquietare,* alia.

Transeundum nunc ad ea vocabula, ex quorum significatione vulgarem usum licet cognoscere (cf. pag. 9 sq.). Sed non opus est, puto, etiam exempla exaggerare eorum, quae res in cottidiana vita usitatas, vulgaria studia, similia significant, praesertim cum inter ea, quae modo proposui, huiusmodi iam inveniantur compluria. Pauca igitur iuvat addere ob ipsam significationem vulgaria, quae adhibuit auctor, quamvis exstarent alia, atque haec quidem urbaniora, quibus quod vellet, facile exprimere poterat. Velut dicitur ad Marc. 22, 5 *rumpi* pro „irasci." de brevit 11, 1 senes nominantur *decrepiti*. cf. Plaut. Mercat. 291. cf. praeterea de provid. 2, 6 *saginare*. 3, 6 *in ventrem congerere* (pro „edere" vel simili verbo). de v. beata 17, 1 *philosophiam conlatrare*. 19, 2 *latrare*. cf. de ira III 43, 1 *oblatrare*. 20, 6 *hiscere*. 26, 4 *vagire*. de tranqu. 2, 6 *oscitari*. 11, 10 *mendicare*. 8, 8 *ventres tueri*. cf. epp. 17, 4 *ventres pascere* et Petron. cap. 57 *viginti ventres pasco*. de brevit. 7, 1 *respuere*. 12, 5 *glaber*. 13, 1 *corpus excoquere*. 17, 6 *caliga* (pro „militia"). ep. 76, 2 et 87, 9 *trossulus*. cf. Varronis Sescul. fragm. 480 Buecheler.

2.

Accedunt locutiones populares sive in ore vulgi tritae compositiones verborum (cf. pag. 12): de provid. 5, 9 *sursum ac deorsum*.

---

[1]) Ueber die Sprache des Philosophen Seneca = progr. gymnas. Laubanens. a. 1873.

[2]) „de Petronii sermone plebeio" diss. Marb. 1869.

[3]) Philolog. vol. XXXIV pag. 137 sq.

[4]) scilicet hic non **omnia** possum afferre.

cf. Otto l. c. „sursum." de v. beata 1, 4 *traditus per manus error* = O. „manus" 6. 10, 3 *virtus aurem pervellit* = O. „auris" 4. 13, 2 *luxuriatur, et iam nude, aperto capite* = O. „caput" 3. de brevit. 3, 2 *morbos, quos manu fecimus* = O. „manus" 23. Ceterum de hac re et de proverbiis, de quibus mox dicam, inspiciendi permulti illi loci in conspectu positi ab Ottone in indice sub „Seneca philos." Quamquam ne apud Ottonem quidem omnia exstant. Velut addenda Ottoni („risus" 1) formula *dissilio risu*[1]) = ep. 113, 26. de brevit. 17, 6 *per occupationes vita trudetur* comparari potest cum Petron. cap. 45 *sic vita truditur* et cum Hor. carm. II 18, 15 *truditur dies.* cf. Friedlaender adn. ad Petron. cap. 45 in editione cenae Trimalch. pag. 242. Denique, ut mihi videtur, in collectionem suam recipere potuit Otto formulam illam in ore vulgi fortasse usitatam, quae occurrit apud Senecam de tranqu. 2, 15 *subit illud „Quousque eadem"* et ep. 24, 26 *dum dicimus „qu. e."*, quam apte cum Varronis satura *ἕως πότε;* comparavit Norden l. c. pag. 307. Praeterea plus quadragies apud Senecam occurrit affirmandi formula *mehercules* in cottidiana vita sollemnis. cf. Friedl. l. c. pag. 211. Saepe etiam invenitur locutio *ad summam* (cf. e. gr. de otio 6, 5), creberrima apud Petronium. cf. Haase miscell. philolog. lib. III, pag. 16. Hor. ep. I 1, 106. Mentione digna etiam est dictio *i nunc* sequente imperativo, quae occurrit ad Helv. 6, 8. 10, 10. de benef. VI 35, 5. nat. qu. I 16, 3. ep. 88, 37; nam saepius invenitur apud satiricos scriptores. cf. quae collegit Jahn ad Pers. IV, 19.

Hoc loco etiam commemorare velim rationem illam in cottidiano sermone sollemnem, qua per parataxin orationi verbum unum vel sententiola inseritur. Cuius usus[2]) e comicis aliqua exempla attulit Rauschning pag. 4, ex Petronio permulta Segebade[3]) pag. 13 sq. Eorum autem, quae apud illos occurrunt, apud Senecam[4]) quoque inveniuntur *puto, scio, mihi crede, fateor, inquam, dico, oro, obsecro, rogo.*[5])

---

[1]) Nos quoque dicimus „ich platze vor Lachen!" Ceterum saepe ridendi verbo usi sunt scriptores et cynici et satirici. cf. Norden pag. 223 adn. Apud Senecam quoque non rarum est. cf. de const. 14. 1 *quantus inter ista risus tollendus est* eqs. de ira III 33, 4 *Quanto risu prosequenda sunt, quae nobis lacrimas educunt.* III 37, 3. nat. qu. I praef. 7—8. V 18, 16.

[2]) Occurrit etiam in Graecorum sermone cottidiano. cf. Tel. 32, 11 Plut. de curios. 342, 27.

[3]) „observationes grammat. et crit. in Petr." diss. Hal. 1880.

[4]) locos indicavit Rauschning pag. 4 sq.

[5]) Praetermisit, quod ad Senecam attinet, huius verbi usum paratacticum Rauschning. Invenitur e. gr. de benef. V 17, 4.

3.

Earum locutionum, quas supra proposui, non paucae simul idoneae sunt ad dialogi formam apud Senecam exstantem cognoscendam, de qua postea. Deinde autem sicut populares dictiones ita etiam vera proverbia (cf. pag. 12 sq.) non rara sunt: de provid. 4, 7 *quisquis videtur dimissus esse dilatus est* = Otto „differre" 1. 5, 9 *ignis aurum probat, miseria fortes viros* = O. „ignis" 2. de v. beata 15, 5 *habebit illud in animo vetus praeceptum: Deum sequere* = O. „deus" 3. 27, 4 *papulas observatis alienas obsiti plurimis ulceribus?* = O. „ulcus" 2. de tranqu. 9, 6 *vitiosum est ubique quod nimium est* = O. „nimis." de brevit. 1, 1 *vitam brevem esse, longam artem* = O. „vita" 2. ep. 47, 5 *eiusdem arrogantiae proverbium iactatur: totidem hostes esse quot servos* = O. „servus." de ira III 9, 5 *vetus dictum est a lasso rixam quaeri.* ep. 22, 1 *vetus proverbium est gladiatorem in arena capere consilium* = O. „gladiator." fragm. 121. H. *Non bis pueri sumus, ut vulgo dicitur* eqs. = O. „senex" 1.

4.

Sententiose vero dicta (cf. pag. 13) in quavis fere pagina tam saepe occurrunt, ut pauca afferre satis habeam: de provid. 3, 3 *marcet sine adversario virtus.* 4, 6 *calamitas virtutis occasio est.* de v. beata 2, 4 *quam magnus mirantium tam magnus invidentium populus est.* de tranqu. 6, 2 *reluctante natura inritus labor est.* 11, 9 *horae momentum interest inter solium et aliena genua.* de brevit. 9, 1 *maxima vitae iactura dilatio est.*

5.

Squalidae dictionis (cf. pag. 13 sq.) haec exempla propono: de provid. 3, 6 *pigritiam stomachi nausiantis erigere.* 4, 10 *cruditate dissiliunt.* cf. Epict. diss. III 26, 5 *διαῤῥαγέντας ὑπὸ ἀπεψιῶν.* de v. beata 9, 4 *hominis bonum quaero, non ventris, qui pecudibus ac beluis laxior est.* 12, 3 *ructabundus semper atque ebrius.* 19, 3 *nisi quidam ex patibulo suo spectatores conspuerent.* 20, 5 *edendi . . . bibendique finis . . . inplere alvum et exinanire.* de tranqu. 1, 6 *cibus non rediturus, qua intraverit.* de brevit. 12, 5 *quam curiose . . . pueruli ebriorum sputa detergeant.* ad Helv. 10, 3 *vomunt, ut edant, edunt, ut vomant.* 10, 2 *strage animalium ventrem onerare.* epp. 77, 16 *nihil interest, centum per vesicam tuam an mille amphorae transeant: saccus es.* 83, 24 *cum propinationes vomitantes recusaverint.* 88, 19 *isti ieiuni vomitores.*

89, 22 *dominus crudus ac nausians . . . maiorem vos famem habere quam ventrem.* 95, 16 *distentus venter . . . in se putrescentium.* 21 *invitis ingesta visceribus per os reddunt et vinum omne vomitu remetiuntur . . . pati natae . . . viros ineunt.* 25 *quam foedi pestilentesque ructus sunt.* 27 *exspecto iam, ut manducata ponantur.* 28 *non esset confusior vomentium cibus.* ep. 108, 37 *quid me potest adiuvare rector navigii vomitans?* ep. 47, 2 *est ille plus quam capit, et ingenti aviditate onerat distentum ventrem ac desuetum iam ventris officio.* — Plenae igitur sunt hae dictiones cynici squaloris, qui cognoscitur etiam e quibusdam exemplis obscaenitate insignibus. cf. de benef. IV 31, 3. ep. 87, 16, inprimis nat. qu. I 16. ep. 70, 22 *quoniam coepi sordidis uti exemplis, perseverabo.*

6.

Eorum locorum, quos modo proposui, nonnulli simul exempla sunt dictionis hyperbolicae (cf. pag. 14 sq.) omnino lubenter a Seneca adhibitae. cf. de v. beata 17, 2 *quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit.* de tranqu. 4, 5 *praecisis quoque manibus* eqs. 4, 6 *si quis fauces oppresserit, stes tamen* eqs. 9, 4 *bibliothecas, quarum dominus vix tota vita indices perlegit.* de ira III 33, 3—4 *ne propter fiscum quidem, sed pugnum aeris . . . senex sine herede moriturus stomacho dirumpitur? quid si propter usuram . . . valitudinarius fenerator distortis pedibus et manibus ad comparandum non retentus clamat ac per vadimonia asses suos in ipsis morbi accessionibus vindicat?* eqs. de benef. II 29 *queruntur, quod non magnitudine corporum aequemus elephantos, velocitate cervos, levitate aves, inpetu tauros* eqs. cf. inprimis 2 *vix sibi temperant, quin eo usque inpudentiae provehantur, ut naturam oderint, quod infra deos sumus* eqs. cf. Tel. 32, 11 *εἰ δὲ καὶ τούτου τύχοι, οἶμαι, ἵνα Ζεὺς γένηται ἐπιθυμήσει.* nat. qu. III 17, 1 *exspecto, ut aliquis in mari venetur . . . Quid est, quare non pisces in terram transeant, si nos in maria transimus.* 3 *Hi sunt, qui fabulas putant piscem posse vivere sub terra et effodi?* ep. 77, 11 *nonne videbitur stultissimus qui flevit, quod ante annos mille non vixerit?* eqs. cf. Tel. 47, 3 *ἀλλ' οὐκέτι ἔσται. Οὐδὲ γὰρ ἦν μυριοστὸν ἔτος οὐδ' ἐπὶ τῶν Τρωικῶν.* 17 *solem quoque, si posses, exstingueres.* 86, 7 *eo pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus.* 89, 20 *ager uni domino, qui populum cepit, angustus est.* 122, 4 *in vivis caro morticina est.* cf. de ira III 40, 4. de provid. 3. 6. de v. beata 21, 3. de benef. II 16, 2. epp. 16, 8. 17, 3. 84, 10.

7.

Saepissime etiam correctionis figura occurrit (cf. pag. 15). Est etiam hoc artificium rhetoricum simul affectatio quaedam sermonis cottidiani; nam etiam apud Petronium exempla eius inveniuntur. cf. cap. 7 *tarde, immo iam sero,* capp. 58. 82. E Senecae libellis haec commemoranda sunt: de provid. 1, 5 *amicitiam dico? immo etiam necessitudo.* 3, 7 *post fidem, immo per ipsam fidem.* de v. beata 7, 2 *non sine voluptate, immo ob ipsam voluptatem.* 7, 3 *dissimilia, immo diversa.* 16, 3 *sufficiat, immo superfluat.* de tranqu. 9, 5 *studiosa luxuria, immo ne studiosa quidem.* de brevit. 8, 1 *vilissima aestimatur, immo paene nullum eius pretium est.* 12, 9 *aeger est, immo mortuus.* cf. 13, 6. de const. 13, 3. de ira II 33, 4. ad Marc. 5, 3. 19, 1. ad Helv. 12, 1. de clem. I 1, 3. nat. qu. IV 1, 20. epp. 7, 3. 10, 2. 32, 1. 49, 10. 51, 8. 58, 1. 65, 1. 73, 16. 78, 25. 87, 25. 92, 26. 98, 5. 102, 2. 102, 25. 113, 8. 120, 17. 123, 17.

8.

Quantam persuadendi vim imaginibus tribuerit Seneca, apparet ex iis, quae ep. 59, 6 sq. exponit.[1]) Itaque non miramur ubertatem comparationum apud Senecam exstantium, quae aut copiose sunt illustratae aut breviter tantum significatae. Ad nostrum quidem propositum inprimis pertinent e cottidianae vitae consuetudine sumptae (cf. pag. 15 sq.), quarum aliqua exempla profero: de provid. 4, 11 *hanc rationem di sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis praeceptores.* de v. beata 1, 4 *quod in strage hominum magna evenit* eqs. 25, 6 *quemadmodum corpus* eqs. 27, 4 *hoc tale est quale si quis pulcherrimorum corporum naevos derideat.* de brevit. 7, 9 *sic quemadmodum saturo iam* eqs. 16, 3 *tam mehercules, quam cum dies muneris gladiatorii edictus est* eqs. de benef. I 14, 4 *quemadm. meretrix inter multos se dividet* eqs. de benef. V 12, 6 *quemadm. stomachus morbo vitiatus quoscunque accepit cibos mutat, ita animus* eqs. epp. 22, 10 *sic de ambitione quomodo de amica queruntur.* 87, 16 *(pecunia) sic in quosdam homines quomodo denarius in cloacam cadit.* 92, 34 *ut ex barba*

---

[1]) *imagines, quibus siquis nos uti vetat, neminem mihi videtur ex antiquis legisse. — illi, qui simpliciter et demonstrandae rei causa eloquebantur, parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poetis, sed ut inbecillitatis nostrae adminicula sint et ut discentem et audientem in rem praesentem adducant.*

detonsa neglegimus, ita ille divinus animus eqs. 108, 26 *quemadm. ex amphora* eqs. 47, 16 *quemadm. stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit* eqs. cf. de const. 7, 3. de ira I 6, 1. de tranqu. 1, 15. 2, 5. epp. 94, 3. 115, 6.

Crebrae sunt comparationes e re navali repetitae (cf. pag. 16): de provid. 4, 6 *velut in mari* eqs. de v. beata 14, 1 *sicut deprensi mari Syrtico* eqs. 22, 3 *ut navigantem* eqs. de tranqu. 2, 1 *sicut est quidam tremor* eqs. 5, 5 *nec aliter quam in periculosa navigatione* eqs. de brevit. 2, 3 *veluti profundo mari* cf. epp. 90, 24. 108, 37 Rauschn. pag. 30 sq.

Saepe etiam Seneca comparationibus illustrat id quod statuit de ira III 30, 1 *Quod accidere vides animalibus mutis, idem in homine deprehendes* similiter atque Epictetus diss. I 6, 12 *πολλὰ δὲ κοινὰ εὑρήσεις ἡμῖν καὶ πρὸς τὰ ἄλογα.*[1]) Itaque, ut exempla afferam,[2]) cum hominibus comparantur de tranqu. 12, 3; de ira II 34, 1; nat. qu. I, praef. 10 *formicae: quid illis* (scil. formicis) *et nobis interest nisi exigui mensura corpusculi?* de ira III 43, 2 *tauri ursique,* de const. 12, 3 *pecora,* de ira II 34, 1 *mures,* ad Marc. 7, 2 *vaccae, ferae, aves,* hae etiam ep. 74, 5; de benef. IV 20, 3 *aves quae laceratione corporum aluntur,* ep. 60, 2 *tauri elephantique.* cf. praeterea de const. 14, 2. de ira I 15, 2. I 16, 5. II 8, 3. 11, 6. 31, 6. III 4, 3. 27, 2. de clem. I 26, 3 nat. qu. V 18, 9. epp. 60, 2. 92, 7. 121, 8 - 9.

Neque insolita est cynica (cf. pag. 17) illa hominum cum stultis pueris comparatio: de const. 5, 2 *ut . . . doloris opinione vexemur more puerorum.* 12, 1—2 *Quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes, quibus etiam post iuventam canosque puerilitas est* eqs. de ira I 2, 6 *est . . . quasi ira, sicut puerorum, qui, si ceciderunt, terram verberari volunt.* I 12, 4 *iram infirmitas movet, sicut pueris, qui tam parentibus amissis flebunt quam nucibus.* II 11, 6 *sic . . ira metuitur quomodo umbra ab infantibus.* de v. beata 26, 4 *non conviciari pos putabo sed vagire velut infantes miserrimos.* epp. 24, 13 *quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris evenit.* 110, 6 *non omni puero stultiores sumus, qui in luce timemus?* cf. de ira I 20, 3. epp. 4, 2. 104, 13. fragm. 121.

Ingens deinde numerus est eorum locorum, quibus cynicorum more (cf. pag. 17) medici morborumque comparatur exemplum:

---

[1]) non raro in talibus comparationibus Seneca dicit *muta* (scil. animalia) eadem usus ellipsi, qua Epictetus in loco supra laudato et diss. I 6. 20 dicit *τὰ ἄλογα.*

[2]) In singularibus his similitudinum generibus etiam eos propono locos, in quibus non ipsa comparationum forma exstat.

de tranqu. 2, 11 *ut ulcera* eqs. 4, 7 *ut salutaria* eqs. 7, 4 *Quod in pestilentia curandum est* eqs. de const. 1, 1. de ira I 6, 2. 15, 1. 16, 4. 20, 1. II 10, 7. 11, 2. 13, 1. III 5, 1. 10, 2. 10, 4. 15, 3. 26, 4. ad Marc. 1, 8 epp. 7, 1. 15, 1. 17, 12. 22, 1. 40, 5. 50, 4. 52, 10. 56, 10. 75, 6. 94, 24. 97, 11. 104, 17. 116, 1. de const. 13, 1—2. de clem. 1, 17, 2. de benef. II 2, 2. 14, 2. Bioneae sunt comparationes ep. 77, 20 *quomodo fabula sic vita* eqs. = Tel. 3, 1. 40, 2; et ep. 85, 5 *Sic, inquit, sapiens inperturbatus dicitur quomodo apyrina dicuntur* eqs. = Tel. 42, 1.

9.

Absoluta illa exemplorum inductio de qua dixi pag. 17 sq. sollemnis est apud Senecam: de provid. 2, 3 *athletas videmus . . . scias licet idem viris bonis esse faciendum.* 3, 4 *ignominiam iudicat gladiator* . . ., *idem facit fortuna.* de tranqu. 8, 9 *Habiliora sunt corpora* . . ., *optimus pecuniae modus est* eqs. ep. 23, 5 *Levium metallorum fructus in summo est: haec, quibus delectatur volgus, tenuem habent . . . voluptatem.* ep. 76, 13—14 *navis bona dicitur non quae pretiosis coloribus picta est . . .: ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret* eqs. de ira III 30, 1. epp. 41, 7. 66, 41. 68, 4.

Per antithesin exemplum sententiae quam illustrat opponitur (cf. pag. 18) his locis: de v. beata 26, 2 *numquam imperator ita paci credit, ut non se praeparet bello . . .: vos domus formosa, tamquam nec ardere . . . possit, vos opes . . . obstupefaciunt.* de brevit. 3, 1 *praedia sua occupari a nullo patiuntur . . .: in vitam suam incedere alios sinunt.* cf. 8, 2. — ep. 60, 2 *una silva elephantis pluribus sufficit: homo et mari et terra pascitur.* ep. 97, 11 *non gaudet navigio gubernator everso . . .: at contra omnibus crimen suum voluptati est.* cf. epp. 33, 7. 95, 56. nat. qu. III 18, 6. — ep. 41, 6 *Non faciunt meliorem equum aurei freni* eadem ratio est *ἀσυνδέτως* atque adversative exemplum addendi atque apud Tel. 45, 17 *γεωργὸς οὐ ποιεῖ τοῦτο.*

Praecedentia exemplo declarantur (cf. pag. 18) de v. beata 27, 2 *duritia silicis nullis magis quam ferientibus nota est.* de tranqu. 4, 1 *sanctiores* eqs. de brevit. 18, 4 *tanto aptiora* eqs. ep. 108, 29 *non est quod mireris ex eadem materia suis quemque studiis apta colligere: in eodem prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconia lacertam.* cf. epp. 22, 1. 107, 9.

Vidimus deinde (cf. pag. 18) in diatribis exempla saepe induci vocibus *καὶ γάρ* vel *οὐδὲ γάρ*. Simillimam rationem habemus: de v. beata 20, 6 *nam et solem lumina aegra formidant.* de tranqu.

17, 6 *nam et somnus* eqs. de const. 11, 2 *nam et pueri* eqs. 12, 3 *sic enim et pecora* eqs. de ira II 1, 2 *nam et in corpore* eqs. II 14, 2 *cum athletae quoque* eqs. 17, 1 *nam et histriones* eqs. ad Marc. 1, 8 *nam volnerum quoque* eqs. de benef. IV 26, 1 *nam et sceleratis sol oritur.* de v. beata 26, 5 *sed ne dis quidem* eqs. de ira I 20, 1 *nec corporibus* eqs. ad Marc. 5, 5 *ne gubernatoris quidem* eqs.

10.

Sequantur translationum (cf. pag. 19) aliqua exempla potiora: de provid. 4, 5 *divitiis diffluis.* 5, 9 *fluctuetur ac navigium in turbido regat.* de v. beata 1, 1 *caligant.* 1, 3 *coacervatio aliorum super alios ruentium.* 1, 4 *versat nos .. error.* 3, 1 *scire opus est, quo manum porrigas.* 5, 2 *extra veritatem proiectus.* 5, 4 *circumfundatur (voluptas) et per omnes vias influat.* 12, 1 *sub ictu poenitentiae positi.* 14, 1 *(voluptatis) copia strangulantur.* 16, 3 *laxam catenam trahit.* 18, 2 *malignitas veneno tincta, virus, quo alios spargitis; virtutem ex intervallo ingenti reptabundus sequar.* 19, 3 *cum refigere se crucibus conentur.* 27, 3 *adsilite, facite inpetum; quaerite aliquam mollem materiam, in qua tela vestra figantur.* 28, 8 *turbo animos rotat.* 26, 1 *cohaeretis (divitiis).* cf. Plut. de cup. divit. 358, 7 *πορισμῷ προσπεπηκότα.* de tranqu. 1, 1 *vitia* ... quae *manu prenderem.* 1, 9 *titubat acies.* 1, 16 *opertis oculis.* 2, 5 *ad professionem adligati. sub titulo laborantes.* 2, 6 *qui versant se.* 5, 3 *inermia vitia.* 9, 2 *paupertatem aequis oculis adspicere.* cf. Epict. diss. III 26, 35. 10, 6 *multi sunt, quibus haerendum sit in fastigio suo, ex quo non possunt nisi cadendo descendere.* de brevit. 2, 4 *bonis suis effocantur.* 4, 4 *magnitudinem exuere.* 10, 4 *se in praeteritum retorquet.* 10, 5 *per quassos foratosque animos (vita) transmittitur.* 14, 5 *vacuis manibus.* epp. 76, 30 *cetera dominis suis incumbunt gravia et illos . . . premunt . . . et inlidunt.* 115, 6 *virtutem obrutam corpore.* ep. 115, 2 *de capsula totos.*[1]) 9 *bracteata felicitas. sub ista tenui membrana dignitatis quantum mali iaceat.* ad Polyb. 9, 6 *pendemus et fluctuamur et alter in alterum inlidimur* eqs.

Ad *κυνικὸν τρόπον* propius accedunt translationes: de v. beata 5, 2 *homines, quos in numerum pecorum et animalium redegit hebes natura.* 14, 3 *pro ventre dependit.* 17, 4 *delenimenta magis quam remedia podagrae meae compono.* 19, 3 *nisi quidam ex patibulo suo spectatores conspuerent.* 20, 6 *hiscite, conmordete: citius frangetis dentes quam inprimetis.* cf. Hor. sat. II 77—78. de tranqu. 1, 17 *non tempestate vexor, sed nausea.* de brevit. 7, 3 *animus*

[1]) An dictio fuit popularis?

omnia velut inculcata . . . respuit. ep. 94, 24 *duram . . . animis extrahet pestem.* Bionem redolet translatio ep. 61, 4: *mortem plenus exspecto,* ubi convivii illam imaginem Bioneam spectasse videtur Seneca. cf. Hor. sat. I 1, 119 *uti conviva satur.*

11.

Etiam eae occurrunt translationes, quibus exempli alicuius antea allati imago retinetur (cf. pag. 19 sq.). Velut de tranq. 8, 3 laudatur Bionis apopthegma: *Bion eleganter ait non minus molestum esse calvis quam comatis pilos velli.* Et eadem deinde imagine pergitur: *Idem scias licet de pauperibus locupletibusque, par illis esse tormentum: utriusque enim pecunia sua obhaesit nec sine sensu revelli potest.* cf. ep. 71, 31 *Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit . . ., sic alias disciplinas ingenia, cum accepere, protinus praestant: haec* (scil. virtus), *nisi alte descendit . . . et animum non coloravit sed infecit, nihil . . praestat.* de brevit. 3, 1. de provid. 2, 8. ep. 66, 41. Similis ratio est ea, ut ex versu antecedente verbum retineatur, velut apud Tel. 25, 11 verba *ῥίπτασκεν* eqs. ex Homerico versu praecedente in iis, quae prosa oratione sequuntur, repetuntur: *(ὥσπερ)*

τοὺς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα,

οὕτως ἐνίων ἡ ἀνελευθερία . . τὸν οἶνον . . ῥίπτασκεν, οὐ ποτὶ νέφεα ἀλλ' κτλ. Haud dissimiliter legimus apud Senecam ep. 101, 4 *insere, nunc, Meliboee, piros, pone ordine vites* et post *quam stultum est aetatem disponere.*

12.

Non raro etiam apud Senecam paradoxa inveniuntur orta ex verborum usu alieno a vulgari (cf. pag. 20). cf. de v. beata 26, 4 *sapienti quisquis abstulerit divitias, omnia illi sua relinquet.* de tranqu. 5, 2 *cum inter triginta dominos liber incederet.*[1]) 5, 5 *ultimum malorum est e vivorum numero exire antequam moriaris.* de brevit. 7, 3 *nihil minus est hominis occupati quam vivere.* epp. 20, 10 *magnus ille, qui in divitiis pauper est.* 124, 24 *intelleges infelicissimos esse felices.* 28, 8 *(servitutem) qui contempsit, in quantalibet turba dominantium liber est.* cf. de brevit. 3, 5. de benef. VII 10, 6. epp. 47, 17. 80, 7. 119, 9. 122, 3.

---

[1]) cf. quae de Diogene Sinopensi narrat Diog. Laert. VI 74 et Musonium l. c. pag. 754, 24.

13.

Abstractorum tamquam personarum tractatio (cf. pag. 20 sq.) saepissime occurrit apud Senecam; nobis aliqua tantum exempla idonea proponere satis sit. cf. de v. beata 7, 3 *cuius* (scil. voluptatis) *statio ac domicilium fornices et popinae sunt.*[1]) *virtutem . . . convenies . . . pro muris stantem, pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus, voluptatem . . . tenebras captantem . . ., mollem, enervem, mero atque unguento madentem, pallidam aut fucatam et medicamentis pollinctam.* 10, 2 *desidiam segnis animi indormientis sibi.* 10, 3 *virtus aurem pervellit.* 13, 5 *virtutem voluptati tradere ancillam.* 15, 5 *virtus . . . fortiter stabit et . . ut bonus miles feret volnera, enumerabit cicatrices et transverberatus telis moriens amabit eum, pro quo cadet . . ., habebit illud in animo praeceptum* eqs. 21, 2 *divitias quidem ubi tutius fortuna deponet* eqs. cf. Bionem apud Stob. flor. CV 56 Mein. *τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη οὐ δεδώρηται ἀλλὰ δεδάνεικεν.* de tranqu. 2, 11 *obirascens fortunae animus et de saeculo querens et in angulos se retrahens et poenae incubans suae.* 10, 1 *fortuna laqueum inpegit.* de const. 5, 5 *adversus adparatus terribilium rectos oculos tenet (virtus).* de ira I 19, 2 *ratio non frendens nec caput quassans* eqs. 21, 1—3 *luxuria vult . . purpura vestiri . . ., avaritia acervis auri argentique incubat . . ., libido . . transnatat freta, puerorum greges castrat* eqs. epp. 16, 3 *philosophia . . . sedet ad gubernaculum* eqs. 17, 3 *cum classicum cecinit, scit non se peti (paupertas).* 82, 5 *in insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit et arce se sua vindicat . . . Non habet fortuna longas manus.* epp. 94, 29 *erigitur virtus, cum tacta est.* 108, 12 *inicit manum veritas.* cf. de ira II 35, 5. 36, 6.

14.

Compellatur deinde, ut iam ad veras prosopopoeias (cf. pag. 22) transeam, tamquam persona f o r t u n a de tranqu. 8, 7. 11, 3. de ira III 25, 4. ad Marc. 9, 3. ad Polyb. 3, 4. 13, 1. 16, 2. epp. 98, 14. 118, 4 (cf. ep. 98, 14 *fortunae dicere: cum viro tibi negotium est* cum Tel. 48, 4 *ἀνὴρ ἀγαθὸς εἴποι πρὸς τὴν τύχην ‚ἀλλ' οὖν γε ἄνδρα, καὶ οὐ βλᾶκα'*); item s u p e r b i a de benef. II 13, 1, a v a r i t i a de benef. VII 10. Ipsa verba facit f o r t u n a de provid. 3, 3. de tranqu.

[1]) haec verba delenda esse mihi non persuasit Gertz „stud. crit. in L. Annaei Senecae dialog.“ pag. 125 sq. Nimis enim pressisse mihi videtur ille vir doctus membrorum aequalitatem, praeterea autem, quomodo in textum irrepserit librarii additamentum, nescio an paulo artificiosius excogitaverit.

11, 5. animus de v. beata 2, 3 (cf. etiam ep. 26, 2), natura ad Marc. 17, 6, ratio ep. 84, 11, philosophia ep. 95, 10, iracundia de ira I 18, 6. Magis etiam scenam redolet locus, qui legitur de provid. 3, 14. Inducitur enim hic oratio naturae omisso verbo dicendi.

15.

Tamquam praesens sit, recta deinde oratione compellatur Alexander de clem. 1, 25, 1, de benef. II 16, 2; Epicurus de benef. IV 19, 1; Dei verba finguntur de provid. 2, 6. 6, 3; Cremuti Cordi ad Marc. 26, 2; Catonis de provid. 2, 10; Socratis de v. beata 25, 4. 26, 4. 27, 1 sq., de benef. V 6, 4; Diogenis de tranqu. 8, 7. (cf. pag. 23.)

16.

Saepe etiam verba recta oratione afferuntur, quibus homines ipsos se alloqui aut fingit aut iubet scriptor (cf. pag. 23): de const. 16, 3 *qui sibi possit dicere* eqs. de ira II 28, 6 *si sibi tacitus dixerit: haec et ipse commisi.* III 12, 2 *nemo dicit sibi* eqs. 24, 1 *dicat itaque sibi quisque* eqs. cf. 42, 2. II 10, 7. de v. beata 20, 3. de benef. III 38, 2. VII 2, 2. epp. 26, 5. 27, 2. 28, 4. Deest verbum dicendi de tranqu. 1, 11 *‚Nemo ullum auferat diem'* eqs. 11, 7 *‚sciebam'* eqs. 13, 2. de benef. V 17, 7.

Crebro recta oratione redduntur sententiae vulgares (cf. pag. 23): de brevit. 7, 6 *plerosque audies exclamare: vivere mihi non licet ... adsecutus ille ... dicit: quando hic annus praeteribit?* ep. 17, 5 *tolle itaque istas excusationes: nondum habeo quantum sat est* eqs. de benef. II 3, 2. IV 10, 3. VI 39, 2. epp. 22, 9. 76, 35. 78, 14. 123, 10—11. Et hac quoque in re interdum desideratur verbum dicendi; cf. de tranqu. 11, 9 *non putavi hoc futurum* = Ad Marc. 9, 4. cf. Plut. de tranqu. 233, 13 *μὴ δεχόμενον τὸ ‚οὐκ ἂν ᾤμην' καὶ τὸ ‚ἄλλ' ἤλπιζον' καὶ τὸ ‚ταῦτ' οὐ προσεδόκουν.'* — de tranqu. 2, 13. de const. 10, 2. de ira II 21, 7. 24, 1. II 28, 1. de benef. VII 16, 2. epp. 7, 5. 72, 2. 97, 5. 122, 9.

Deinde apud Senecam quoque inveniuntur exempla eius disputandi rationis in diatribis non rarae (cf. pag. 23), qua brevis dialogus fingitur ita, ut quaerenti alicui aliquid recta oratione eodem modo respondeatur: de tranqu. 12, 2 *Horum si aliquem ... interrogaveris ‚Quo tu? quid cogitas?' respondebit tibi ‚Non mehercules scio.'* eqs. ep. 76, 29 *dic: ‚factum tuum matura sequetur oblivio'* eqs. *respondebit tibi: ‚ista omnia extra opus meum sunt'* eqs. de benef. III 9, 3. 30, 4. ep. 33, 7.

17.

Maximi porro momenti est, quod apud Senecam quoque fingitur adversarius, quod est ἀόριστον πρόσωπον, inducitur plerumque verbo *inquis* vel *inquit* vel sine ullo verbo dicendi, easdem igitur, quas etiam in diatribis Bioneis adversarius, partes agit (cf. pag. 23 sq.). Itaque eodem iure, quo Bio commentarios suos inscripsit διατριβαί, quo Horatius saturas suas sermones, etiam Seneca libros suos notare poterat dialogorum titulo. Fortasse etiam memoratu non indignum, quod de tranqu. 11, 1 libellum suum Seneca dicit *sermonem.* Prorsus autem diversa est dialogi forma, quam adhibet Seneca,[1]) ab Aristotelico dialogo e Ciceronianis libris de oratore compositis inprimis noto, id quod non satis cognovit Rossbach.[2]) Rectius de hac re Schlottmann[3]) pag. 48.

Quam similis sit Bioneo oblocutori eius adversarii natura, quem sibi fingit Seneca, paucis liceat illustrare. Itaque adversarii contradictioni saepe respondetur interrogatione: de v. beata 11, 2. *Nihil, inquit, poterit turpiter suadere (voluptas), quia adiuncta virtuti est. — Non vides iterum, quale sit summum bonum, cui custode opus est, ut bonum sit?* cf. 10, 2. de ira I 8, 4, 6. de benef. IV 2, 2. 5, 1. epp. 47, 17. 94, 22. 23. Aliis locis exemplum aliquod continet responsum: ep. 94, 24 *nihil, inquit, efficient monitiones ... — ne medicina quidem morbos insanabiles vincit.* cf. de provid. 3, 2. 5, 9. de ira II 12, 1. epp. 2, 4. 36, 2. 94, 39. Etiam alacrius est responsum, ubi per interrogationem comparatur exemplum: de provid. 5, 3 *At iniquum est virum bonum debilitari ..., malos integris corporibus... incedere. — Quid porro? non est iniquum fortes viros arma sumere ..., interim in urbe securos esse ... professos inpudicitiam?* — Adversarii interrogationem sequitur interrogatio de v. beata 22, 5: *Quid ergo, inquis, me derides, cum eundem apud te locum habeant (divitiae), quem apud me? — Vis scire, quam non eundem habeant locum?* cf. epp. 74, 26. 108, 5.

18.

Dialogi vigor nonnihil efficitur brevibus illis formulis cottidiani sermonis propriis, quas pag. 36 commemoravi, quales sunt *oro te, obsecro te, inquam, rogo, i nunc,* et vividis interrogationibus (cf. pag. 24) velut *quid ergo est?* de v. beata 25, 1 et saepius,

---

[1]) Etiam in epistulis ad Lucilium missis fictus adversarius saepe retinetur.

[2]) in Herm. vol. XVII 367 sq.

[3]) „Ars dialogorum componendorum" eqs. Diss. Rostock. 1889.

cf. Friedl. ad Petr. cap. 30, pag. 208, quae in vulgari sermone usitatae videntur fuisse. cf. Petron. cap. 4. 30. 39. alia. cf. Friedl. l. c. Identidem ea interrogatione utitur Seneca quae incipit verbis *vis tu*: de tranqu. 1, 13 et saepius. cf. Petron. cap. 111. Hor. sat. II 6, 92; nec minus saepe ea interrogatione quae inducitur vocibus *vis scire*: de provid. 3, 9. ad Marc. 9, 3 saep. cf. Epict. diss. III 23, 9 *Θέλεις γνῶναι;* — cf. praeterea *non vides?* de provid. 2, 5. de v. beata 11, 2. *vides enim?* de v. beata 18, 3. *quid ais?* ep. 90, 8. *miraris tu?* de provid. 2, 7. *hunc tu putas . . .?* de brevit. 12, 7.

Nec desunt convicia (cf. pag. 24), velut *infelix* de ira III 28, 1, ep. 77, 15; *infelices* ep. 89, 22; *miser* de ira III 35, 3; *miseri* nat. qu. V 18, 9; *stulte* de benef. VII 28, 3. 30, 1; *ingratissime mortalium de benef.* IV 8, 2; *malignissima capita et optimo cuique inimicissima* de v. beata 18, 1; de benef. II 16, 2 compellatur Alexander verbis *tumidissimum animal.*

19.

Deinde etiam Seneca talium hominum dictis factisve sermonem condire solet, quorum exemplum aut fugiendum aut imitandum aequalibus proponit. cf. de ira III 22, 1 *Et haec cogitanda sunt exempla quae vites, et illa e contrario quae sequaris.* Repetita vero sunt illa exempla e memoria et Graecorum et Romanorum, neque ipsam suam aetatem Seneca praetermittit eandem viam ac diatribarum auctores hac quoque in re secutus. cf. ep. 24, 11 *Non revoco te ad historias..., respice ad haec nostra tempora.* Tel. 16, 5 *ἵνα μὴ τὰ παλαιά σοι λέγω, ἀλλὰ τὰ καθ' ἡμᾶς,* Muson. de exil. apud Stob. flor. XL, 9 pag. 755 H. *καὶ τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν;*[1]) — Ego nunc omissis ceteris aliqua ex Graecorum memoria sumpta profero.

Notandum igitur non raro secutum esse Senecam cynicorum[2]) usum, qui potentissimos quosque reges pro malis exemplis adhibere solebant. Itaque castigatur ad Marc. 17, 5 Dionysius tyrannus, nat. qu. V 15, 1 Philippus rex, Alexander de ira III 23, 1 ob iracundiam, de clem. I 25, 1 ob crudelitatem, ep. 83, 19 ob ebrietatem, de

---

[1]) Ratio huiusmodi exempla proponendi omnino simillima est ei, quam in diatribis invenimus. Velut postea videbimus etiam Senecam *ἀσυνδέτως* attulisse exempla. cf. deinde de v. beata 11, 4 *adspice Nomentanum* et Epict. diss. III 22, 27 *ἴδετε Ὀφέλλιον,* de tranqu. 8, 4 *Vidit hoc Diogenes* et Epict. diss. I 2, 19 *Ταῦτα εἶδε καὶ Πρίσκος.*

[2]) E. Weber pag. 93 sq.

benef. I 13, epp. 91, 17, 94, 62, 113, 29 ob ambitionem, de benef. II 16, V 6, 1 ob superbiam; ob iracundiam crudelitatemque castigantur Cambyses de ira III 14, 1 sq.; Dareus 16. 3; Cyrus 21, 1 sq.; Xerxes notatur de const. 4, 2, nat. qu. V 18, 10 ut stolidus; de brevit. 17, 2 ut insolens; de ira III 16, 4 ut crudelis; de benef. VI 31 ut tumidus; de tranqu. 11, 12 Croesi exemplo illustratur mutabilem esse fortunam.

Aliis locis imitanda proferuntur exempla. Itaque de benef. V 4, 3—4 Alexandro prorsus cynico more opponitur Diogenes: *necesse est (vincar) a Diogene, qui per medias Macedonum gazas nudus incessit calcatis regiis opibus: o nae ille tunc merito . . . supra eum eminere visus est, infra quem omnia iacebant. multo . . . locupletior fuit omnia tunc possidente Alexandro: plus enim erat, quod hic nollet accipere, quam quod ille posset dare.* Nec minus cynice idem laudatur de tranqu. 8, 4. — de benef. I 13, 3 laudatur Hercules, cynicorum patronus; ep. 77, 14 puer quidam Laconicus narratione, quae e Bionis diatriba περὶ δουλείας scripta sumpta est.[1]) Sed haec iam sufficiant.

20.

In illis de certis personis agi vidimus. Haud raro autem Seneca etiam fingit exempla eorum quae dicit, singularia, quibus sententias morales illuminet (cf. pag. 25). Velut de brevit. 3, 2 postquam in universum exposuit omnes vivere nescire, sic pergit: *libet itaque ex seniorum turba conprehendere aliquem: pervenisse te ad ultimum aetatis humanae videmus . . ., agedum ad conputationem aetatem tuam revoca* eqs. ep. 95, 2 sententiam quam antea statuit, *multa videri volumus velle, sed nolumus* illustrat recitatoris exemplo, cui adclamatur ‚*recita, recita*' *ab his qui illum obmutescere illic cupiunt.* Huc non pauci eorum locorum pertinent, quos pag. 45 commemoravi, ubi de vulgaribus sententiis per rectam orationem expressis agebam, inprimis quidem illi, quibus deest verbum dicendi. Etenim in his plerumque certa aliqua condicio describitur ita, ut statim medias in res lector transferatur. cf. de tranqu. 2, 13 ‚*nunc Campaniam petamus*' epp. 7, 5 ‚*occide, verbera, ure*' eqs. 97, 5 ‚*vis severi illius uxorem?*' eqs.

21.

Jam vero saepissime exstat apud Senecam exemplificatio illa (pag. 25 sq.), per quam quae in universum antea dicta sunt, per com-

[1]) cf. Hense mus. rhen. vol. XLVII, pag. 220 sq. et eiusdem adn. ad Stob. flor. II 38.

pluria exempla illustrantur amplificanturque. Pauca sufficient. Vides de v. beata 17, 1—2 brevem illam interrogationem *quare tu fortius loqueris quam vivis?* per duas paragraphos in ingentem numerum exemplorum dissolvi: *quare et superiori verba submittis et pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas et damno moveris . . .?*

de tranqu. 1, 5 sq. sententia *tenet me summus amor parsimoniae* in magnam exemplorum copiam dissolvitur: *placet non in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis* eqs. cf. 4, 3. 6, 3. 10, 3. 11, 7. 13, 2. 16, 1. de provid. 3, 4, 5 sq. de brevit. 2, 1. 2, 4. 7, 7. 12. 13. 17, 5. de benef. VII 9, 2 sq. ep. 122, 6 sq.

Alterius illius exemplificationis generis exempla sunt: de. v. beata 7, 3 *virtutem in templo convenies, in foro, in curia, pro muris stantem* eqs. de tranqu. 4, 5 *non vis nisi consul aut prytanis aut ceryx aut sufes administrare rempublicam.* 8, 5 *nec praedia nec horti* eqs. 11, 6 *morbus, captivitas, ruina, ignis.* 12, 2 *domos et theatra et fora.* de const. 6, 1 *cogita nunc, an huic fur aut calumniator aut vicinus inpotens aut dives aliquis . . . facere iniuriam possit.* cf. 6, 7. ep. 76, 15.

22.

Quantam persuadendi vim poetarum versibus insertis tribuerit Seneca, cognoscitur ex iis, quae ep. 108, 9 exponit. Citantur igitur epp. 49, 12 et 115, 14 versus Euripidei; alioquin vero, id quod mirum non est, scriptor Romanus e Romanis poetis versus repetit. Rationes vero citandi variant ita fere ut in Graecis diatribis (cf. pag. 26 sq.).

Inseruntur enim sine ullo coniunctionis vinculo e. gr. de benef. VI 41, 2. *si . . . fato quodam datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere aut ego accipere, det potius qui solet. Ego paratus sum.*

„nulla mora in Turno est:“

ostendam hunc animum, cum primum tempus advenerit. cf. IV 5, 3. epp. 33, 4. 119, 13.

Quae versibus dicta sunt, prosa quae sequitur oratione quasi amplificantur de provid. 5, 11

„per tamen adversi gradieris cornua tauri
Haemoniosque arcus violentique ora leonis.“

Post haec ait: „Iunge datos currus“, his quibus deterreri me putas, incitor. cf. de ira II 9, 2. 35, 3.

Protasis alicuius enuntiati versu exprimitur: ep. 92, 30

„Sed si cui virtus animusque in corpore praesens“,

hic deos aequat.

Additamentum continet versus de ira II 15, 5 *in frigora ... vergentibus inmansueta ingenia sunt, ut ait poeta,*

„suoque simillima caelo.“

cf. ad Marc. 21, 5. epp. 31, 11. 64, 4.

Praecedentia versu declarantur ep. 90, 9 *ista nata sunt iam nascente luxuria, ... serra per designata currente certa manu trabem scindere;*

„nam primi cuneis scindebant fissile lignum.“

cf. ep. 95, 11. 106, 8.

Enuntiatum aliquod prosa inceptum versu finitur de v. beata 20, 5 *nae ille, etiamsi non tenuerit,*

„magnis tamen excidit ausis.“

23.

Quod attinet ad ἦθος Homericum (cf. pag. 28), inprimis dignus est commemoratu locus qui legitur de tranqu. 2, 12. Illustratur enim illic hominum inconstantia exemplo Achillis: *qualis ille Homericus Achilles est, modo pronus, modo supinus, in varios habitus se ipse conponens, quod proprium aegri est, nihil diu pati et mutationibus ut remediis uti.* — de ira II 33, 5 laudatur Priamus, quia iram coercuerit. Saepius Ulixis affertur exemplum. cf. epp. 31, 2. 56, 15. 66, 26. 123, 12. de benef. V 25, 4.

24.

In priore capite vidimus poetarum versus ad ethicum suum propositum relatos interpretari solitos esse cynicos, cuius usus e diatribis compluria exempla protuli (cf. pag. 28). Eandem vero consuetudinem etiam Seneca secutus est. Exemplum habes ep. 95, 68, ubi Vergili citantur versus equum pugnae avidum describentis; deinde sic pergitur: *Dum aliud agit Vergilius noster, descripsit virum fortem* eqs.; ep. 115, 12 sq. vituperantur *carmina poetarum, quae adfectibus nostris facem subdant, quibus divitiae velut unicum vitae decus ornamentumque laudantur.* Homileticae versuum explicationis exempla praeterea propono haec: de brevit. 2, 2 sq. 9, 2. sq. de ira II 11, 4 sq. de benef. VI 3, 1 sq. ep. 108, 26 sq. — de benef. I 8 sq. textus, de quo homiletice agitur, est narratio de Socrate et Aeschine. ep. 9, 19 sq. Stilponis apopthegma homiletice explicatur.

Denique mentione inprimis digna est homilia, quae invenitur ep. 89, 19 sq. Neque enim scio, an quicquam exstet, quod a

cynicorum exhortationibus ad plebem datis propius absit hoc loco, ubi oculis quasi videmus philosophum vulgi, quae circumstat, turbam, et avaros et luxuriosos et gulosos, ordine vehementissimis verbis castigantem: *aliquando aliqua ad vos non blanda vox veniat, et quia verum singuli audire non vultis, publice audite. Quousque fines possessionum propagabitis . . . ? Nunc vobiscum loquor, quorum aeque spatiose luxuria quam illorum avaritia diffunditur. vobis dico: Quousque nullus erit lacus . . . ? Ad vos deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras . . . Infelices, ecquid intellegitis maiorem vos habere famem quam ventrem?*

25.

Etiam interrogationibus (pag. 29 sq.) permultis utitur Seneca. Cumulantur e. gr. de provid. 3, 5 sq. de v. beata 17, 1—2. 21, 1. de brevit. 3, 5. 12, 2—3. 14, 4. Permagnus autem est numerus earum interrogationum, quae absurdum aliquod exemplum continent: de v. beata 11, 2 *a tergo ponis quod imperat?* de ira II 10, 6 *quid enim, si mirari velit non in silvestribus dumis poma pendere?* III 37, 3 *numquis se hieme algere miratur?* III 37, 4 *honestiorem te potest facere pulvinus?* ep. 122, 4 *quis umquam oculos tenebrarum causa habuit?* cf. de const. 4, 2. de ira I 11, 2. 15, 1. 15, 2. II 10, 1. 10, 8. 35, 1. III 27, 1. 37, 2. de clem. I 26, 2. de benef. IV 29, 2. VI 25, 4. epp. 29, 1. 40, 5. 87, 18. Ipse interrogationi statim Seneca responsum addit de provid. 3, 14 *quid per haec consequar? ut omnes sciant* eqs. 5, 8 *Quid est boni viri? Praebere se fato.* de v. beata 16, 1 *quid haec tibi suadebit? nequid* eqs. 16, 2 *Quid tibi promittit? Ingentia.* 22, 5 *Vis scire?* eqs. de brevit. 3, 4 *Quid ergo est in causa? tamquam semper victuri vivitis.* — Sequantur aliquae interrogationes e duobus membris constantes, quae acriter sibi opponuntur: de provid. 5, 3 *non est iniquum fortes viros arma sumere . . ., interim in urbe securos esse praecisos? non est iniquum nobilissimas virgines . . . noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui?* cf. d. v. beata 27, 4 *papulas observatis alienas obsiti plurimi ulceribus?* ep. 17, 10. Similes sunt eae interrogationes, quae ἀντιθέτως sequuntur exemplum: de provid. 6, 2 *Democritus divitias proiecit . . .; quid ergo? miraris* eqs. de tranqu. 11, 7 *multos . . . nox abstulit; mirer ad me aliquando pericula accessisse, quae circa me semper erraverint?* de brevit. 3, 1 *nemo invenitur, qui pecuniam dividere velit. vitam unusquisque quam multis distribuit?* ep. 17, 7 *perpessi sunt exercitus inopiam: dubitabit aliquis ferre paupertatem?* cf. de ira II 35, 1. III 24, 2. de benef. IV 6, 1. ep. 104, 18.

26.

Iam vero dicendum de dictionis brevitate. Exstant igitur permultis locis nominum verborumque asyndeta[1]) (cf. pag. 30): de provid. 4, 7 *indurat, recognoscit, exercet.* 6, 4 *miseri sunt, sordidi, turpes, ad similitudinem parietum extrinsecus culti.* de v. beata 7, 3 *humile, servile, inbecillum, caducum . . . in templo, in foro, in curia, pro muris stantem, pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus.* de tranqu. 8, 1 *mortes, aegrotationes, metus* eqs. 8, 4 *avaros, circumscriptores* eqs. de brevit. 7, 4 *divitiis, officiis, voluptatibus.* Saepe etiam ἀσυνδέτως inducuntur exempla: de v. beata 26, 2 *Nunquam inperator* eqs. 27, 2 *duritia silicis* eqs. de tranqu. 14, 3 *Nuntiato naufragio* eqs. *minabatur Theodoro* eqs. de brevit. 4, 2 *Divus Augustus* eqs. 5, 1 *Marcus Cicero* eqs. 6, 1 *Livius Drusus* eqs. 17, 2 *Cum per magna camporum spatia* eqs. de const. 5, 6 *Megaram Demetrius ceperat* eqs. 7, 4 *si quis* eqs. de ira II 31, 5 *gubernator* eqs.

Crebra est protasis paratactica (cf. pag. 31): de tranqu. 4, 6 *auditus est visusque: voltu, nutu . . . prodest.* de brevit 15, 5 *transiit tempus aliquod: hoc recordatione conprehendit. instat: hoc utitur. venturum est: hoc praecipit.* 17, 5. de benef. V 18, 4. Epicteteam habes brevitatem ep. 76, 9: *valet: et leones. formosus est: et pavones. velox est: et equi* eqs.

Plerumque alterum membrum est imperativus vel coniunctivus adhortativus velut de provid. 4, 12 *verberat nos fortuna: patiamur.* de tranqu. 4, 3 *militare non licet: honores petat.* de v. beata 26, 4. 13, 5. 25, 1. 27, 3. de provid. 3, 9. de tranqu. 7, 2. de brevit. 7, 7. de ira II 30 totum caput hoc paratactico dicendi genere expletur.

27.

Synonymorum (cf. pag. 31), ut ad dictionis abundantiam transeam, ingens apud Senecam exstat numerus. cf. de provid. 2, 2 *quietus placidusque.* 2, 4 *dura ac difficilia.* 3, 2 *horremus ac tremimus.* 4, 8 *timidis ignavisque.* de v. beata 5, 3 *stabilita et inmutabilis.* 12, 4 *sobria et sicca.* 15, 6 *queritur et plorat et gemit.* 24, 4 *fortiter, animose.* de tranqu. 1, 1 *retecta, in aperto posita, quae manu prenderem.* 2, 7 *instabiles mobilesque.* 7, 2 *testes spectatoresque.* 7, 6 *tristes et omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placet.* de brevit. 2, 2 *vaga et inconstans et sibi displicens.* 10, 5 *securae et quietae.*

---

[1]) de asyndeto apud Senecam cf. Rauschning l. c. pag. 18 sq.

Persaepe deinde ea abundantia occurrit, qua sententiae et affirmative et negative exprimuntur (cf. pag. 31). A synonymis vero proxime absunt ea enuntiata, quorum membro negativo nihil fere aliud dicatur quam positivo, velut ep. 74, 12 *virtus praesentibus gaudet, non concupiscit absentia,* cui loco simillimus est Teleteus (28, 12): *ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι, τῶν ἀπόντων οὐκ ἐπιθυμῶν.* cf. de benef. I 9, 3 *ne clam quidem, sed aperte.* ep. 94, 26 *non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu.* de v. beata 8, 6 *omnia faciet ex imperio suo nihilque inopinatum accidet.*

Simul exstat antithesis acris: ep. 17, 3 *quomodo exeat, non quid efferat.* de const. 3, 4 *illum fortem virum dicam, quem bella non subigunt, non cui pingue otium est.* de ira I 16, 6 *damnat, non odit.* de v. beata 8, 2 *serviant ista, non imperent.* ep. 101, 15 *quam bene vivas refert, non quam diu.* 108, 23 *docent disputare, non vivere.* — Comparari potest haec ratio cum Tel. 48, 3 *ἀλλ' οὖν γε ἄνδρα καὶ οὐ βλᾶκα.* — Nec minus efficax est antithesis in huiusmodi sententiis, quarum prius membrum est negativum: de tranqu. 2, 6 *non quomodo volunt, sed quomodo coeperunt.* 2, 15 *non locorum vitium, sed nostrum.* cf. Tel. 6, 6 *ἀνιάσῃ, οὐχ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων τρόπων.* 12, 3 *nec quae destinaverunt, sed in quae incucurrerunt.* de provid. 5, 4 *non trahuntur a fortuna, sequuntur illam.* ep. 106, 12 *non vitae, sed scholae discimus.*

28.

Quod pertinet ad anaphorae usum (cf. pag. 32), quam saepissime Seneca adhibuit, sufficiet inspicere Rauschningium pag. 22—23.

Notandum autem omnia illa rhetorica ornamenta, artificiosius conformata, quibus splendet Bioneus sermo, quamvis vulgaris sit, apud Senecam quoque exstare. Nonnunquam enim consilio enuntiatorum membra aequaliter formasse videtur Seneca, quamquam hac in re cautione opus erit, ne voluntate auctoris factum esse credamus, quod casui rectius tribuendum sit. Afferri tamen potest locus qui legitur de tranqu. 5, 4 *periculis undique inminentibus, armis circa et catenis frementibus.* Duo enim eius membra insignia sunt et pari syllabarum numero et homoeoteleuto. cf. praeterea de brevit. 3, 4 *Omnia tamquam mortales timetis, omnia tamquam inmortales concupiscitis.* de ira III 24, 3 *amicus est: fecit quod noluit; inimicus: fecit quod debuit. Prudentiori credamus: stultiori remittamus.* de tranqu. 8, 5 *omnia dantes, nihil habentes.* 9, 5 *non studiorum instrumenta, sed cenationum ornamenta.* Cognoscitur

utique ex plerisque illorum exemplorum simul homoeoteleuti (cf. pag. 33) usus, cuius plura exempla commemoravit Rauschning pag. 27.

Non rara est conversionis (cf. pag. 33) figura. Aliqua exempla propono apud Rauschn. pag. 24 non exstantia:[1]) de v. beata 22, 5 *divitiae meae sunt, tu divitiarum es.* 26, 1 *sapiens divitiis nihil permittit, vobis divitiae omnia.* de ira III 13, 2 *feraturque, non ferat.* 27, 4 *satius est iram relinquere quam ab ira relinqui.* epp. 8, 3 *habere nos putamus, habemur.*[2]) 22, 11 *paucos servitus, plures servitutem tenent.* 94, 56 *natura calcandum dedit propter quod calcamur.* 94, 61 *cum agere visi sunt, agebantur.* 67 *cum omnia concuterent, concutiebantur. Marius exercitum, Marium ambitio ducebat.*

Adnominationis unum affero exemplum quod consilio scriptum esse omnes concedent. Legitur quidem ep. 27, 7 *stultorum divitum adrosor, et quod sequitur, adrisor.* Plura inspicias apud Rauschn. pag. 27, quamquam nonnulla facile possunt addi, velut de tranqu. 14, 7 *lusisse tu Kanum . . . putas? inlusit;* vel ep. 65, 24 *fortes simus adversus fortuita.* Etsi igitur talibus nugis Graecas amphibolias certe non imitatus est Seneca, tamen etiam hoc nonnihil valet ad varios eius stili colores cognoscendos. Sed superest quaedam figura a Bione adhibita, qua etiam ipsos Graecos auctores Seneca imitari potuit, eam dico, qua intra sententiam idem verbum eleganter repetitur. Velut apte iam cum Bionis apopthegmate *μέγα κακὸν τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν κακόν* (Diog. Laert. IV 48) comparavit Hense[3]) Sen. ep. 85, 28 *quaeris quid sit malum? cedere iis quae mala vocantur.* cf. praeterea de provid. 4, 3 *miserum te iudico, quod numquam fuisti miser.* 6, 5 *non egere felicitate felicitas nostra est.* ep. 32, 4 *quando illud videbis tempus, quo scies tempus ad te non pertinere.* ep. 39, 6 *mala sua, quod malorum ultimum est, et amant.* ep. 12, 10 *in necessitate vivere necessitas nulla est.*

Cap. IV.

De Bioneo sermone a stoicis usurpato.

Plures gravioresque sunt similitudines illae disputandi rationis Annaeanae et Bionei sermonis quas in priore capite cognovimus, quam

---

[1]) Compluria etiam collegit Hense Tel. pag. LXXXV adn.

[2]) Sic enim recte textum restituit Rossbach in disput. philol. Vratislav. II 3 pag. 45.

[3]) Tel. pag. LXXXV.

ut casu eas ortas esse credere liceat. Sed iam quaeritur, quomodo illae sint explicandae, utrum inde a Bione neglectus iacuerit stilus Bioneus, ita ut quasi renovasse eum dicendus sit Seneca — quae res quam maxime esset memorabilis — an hac in re praeierint stoici Graeci, per quos receptum Bionis illud dicendi genus constanti cursu ad Senecam fluxerit.

Haec quidem quaestio primo obtutu sine multa difficultate solvi videtur adhibito Ciceronis de stoicorum oratione iudicio quod compluribus locis ille eloquitur. cf. praecipue de orat. III 66 *orationis etiam genus habent (stoici) fortasse subtile et certe acutum, sed ut in oratore exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum ac totum eiusmodi quo uti ad vulgus nullo modo possit.* eqs. Brut. 114 *(stoicorum) peracutum et artis plenum orationis genus scis tamen esse exile nec satis populari assensioni accommodatum.* Paradox. prooem. *(Cato) in ea est haeresi quae nullum sequitur florem orationis neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit efficit.* cf. etiam de fin. III 5 *Zeno non tam rerum inventor fuit quam verborum novorum* eqs.

Sane talis stilus, qualis Ciceronis locis modo memoratis notatur ut abhorrens ab auribus vulgi, cum Bionea diatriba vix quicquam commune videtur habere. Tamen dubito, num tuto ex eis liceat concludere adeo neglectum fuisse Bioneum sermonem post primum auctorem, ut nulla illius vestigia remanserint apud stoicos, qui quantopere in doctrina secuti sint cynicos, satis constat.[1]) Nam ut hoc omittam, quod locis illis Ciceronianis inter tres philosophiae partes non discernitur, cum sine dubio non eodem stilo usi sint stoici, ubi ethicas res tractabant, atque in logicis vel physicis quaestionibus, notabile est de Aristonis quidem dicendi genere iudicium prorsus contrarium nobis servatum apud Diog. Laert. VII 161, ubi audit ille *πειστικὸς καὶ ὄχλῳ πεποιημένος*; quin etiam hoc non sine admiratione quaereremus, quomodo factum esset, ut Seneca, qui ceteris in rebus adeo stoicorum usum secutus est, hac in re ab eorum consuetudine plane aberraret et ad Bionei stili imitationem perveniret. Praeterea quod nullum florem orationis stoicos sequi contendit Cicero, hoc cum in eam rem iam minus quadrare mihi videtur quod etiam stoici rhetorica studia coluerunt,[2]) tum male

---

[1]) cf. Cic. de off. I 128 *stoici paene cynici.* Diog. Laert. VII 121 *κυνιεῖν τ' αὐτόν (τὸν σοφόν)* — scil. dicunt stoici — *εἶναι γὰρ τὸν κυνισμὸν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδὸν ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ ἠθικῇ.* Zeller hist. philos. gr. [3] III 1, pag. 280 sq.

[2]) cf. Striller „de stoicorum stud. rhetor." diss. Vratisl. a. 1886.

ni fallor cum iis consentiunt quae de Chrysippo exponit Fronto pag. 146 Nab.: *evigila et adtende quid cupiat ipse Chrysippus. Num contentus est docere, rem ostendere, definire, explanare? non est contentus: verum auget in quantum potest, exaggerat, praemunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat . . . Videsne ab eo paene omnia oratorum arma tractari?* Mirum enim esset mea sententia eum qui talia docuerit, sua ipsius praecepta prorsus neglexisse omnique ornamento rhetorico in scriptis suis se abstinuisse.

Immo si eam viam ingrediemur, quae sola ad hanc quaestionem aliqua cum probabilitate diiudicandam restat, ut ipsa stoicorum, qui ante Senecam scripserunt, perlustremus fragmenta, ubique Bioneos colores perlucere sentiemus. Quare, licet apud quosdam magis recesserit Bioneum dicendi genus, hoc tamen sine dubio in universum statui poterit minime illud iacuisse post Bionem sed a stoicis quoque esse usurpatum ac propagatum. Quam sententiam paulo amplius nunc, si placet, confirmabo.

Primum igitur seorsum iuvat agere de Aristone, cuius disputandi rationem proxime abesse a Bionea ab aliis[1]) iam observatum est. Ferebantur inter eius scripta *ἐρωτικαὶ διατριβαί* et *διάλογοι*, quamquam et hi et illae a Panaetio et Sosicrate adiudicabantur Aristoni peripatetico. cf. Diog. Laert. VII 163. Erant autem eius declamationes insignes persuadendi quadam vi ac vulgari sensui accommodatae, id quod cognoscitur iam e Laertii testimonio supra allato quod legitur VII 161, nec non abundabant similitudinibus, quarum postea collectio facta est.[2]) Harum similitudinum satis multae nobis servatae sunt — ac plurimae quidem in Stobaei florilegio —, quarum omnium fere natura tam aperte est cynica, ut fusius hoc illustrare supersedere possim, praesertim cum de hac re iam egerit Ernestus Weber l. c. pag. 185 sq. Aliqua tamen hic velim monere. Etenim dignum est quod afferam fragmentum Aristoneum servatum apud Stob. flor. CXIX 18, quia ratio, qua in illo inducitur exemplum, simillima est ei, quam etiam in diatribis observavimus: *πολλοὶ σοφοὶ γηραιοὶ φιλοζωοῦσι· καὶ γὰρ οἱ ὀψὲ γήμαντες φιλοζωοῦσιν, ἵν' ἐκθρέψωσι τὰ τέκνα κτλ.* In excerptis e cod. Flor. Ioannis Damasceni II 13, 95 (= Stob. flor. ed. Mein. vol. IV pag. 202) absolute ut assolent cynici gubernatoris exemplum comparatur, quod lubenter etiam in diatribis

---

[1]) cf. pag. 7 adn. 4.

[2]) cf. Ritschl op. I pag. 558 sq. et Hirzel Untersuchungen zu Ciceros philos. Schriften II 1 pag. 31, adn. 2.

adhibitum esse antea vidimus:[1]) *κυβερνήτης μὲν οὔτε ἐν μεγάλῳ πλοίῳ οὔτε ἐν μικρῷ ναυτιάσει, οἱ δ' ἄπειροι ἐν ἀμφοῖν· οὕτως ὁ μὲν πεπαιδευμένος καὶ ἐν πλούτῳ καὶ ἐν πενίᾳ οὐ ταράττεται κτλ.* Animalium consuetudo ab Aristone comparatur in gnomol. Vatic. nº 120: *Ἀ. ὁ φιλόσοφος τοὺς πλουσίους καὶ φειδωλοὺς ὁμοίους ἔφησεν εἶναι τοῖς ἡμιόνοις κτλ.* item puerorum apud Sen. ep. 115, 8 *quid ergo inter nos et illos* (scil. pueros) *interest, ut Ariston ait, nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus carius inepti?* Quin etiam ipsae quaedam comparationes Bioneae ad Aristonem transierunt. Velut histrionis similitudine Aristonem quoque usum esse testatur Diog. Laert. VII 160. Aristone auctore etiam Bionea illa de procis Penelopes comparatio tradita est apud Stob. flor. IV 109 H., quod testimonium, si quid sentio, ea re non refutatur, quod eadem comparatio etiam Aristippo adscribitur (Diog. Laert. II 79).[2])

Praeterea eandem rationem qua in diatribis philosophi sententiae versibus confirmantur, sicut Teletis et Plutarchi exemplis docui pag. 27, etiam apud Aristonem deprendimus. cf. Clem. Alex. Strom. II 108 *ὅθεν ὡς ἔλεγεν Ἀρίστων, πρὸς ὅλον τὸ τετράχορδον, ἡδονήν, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, πολλῆς δεῖ τῆς ἀσκήσεως καὶ μάχης.*

‚οὗτοι γάρ, οὗτοι καὶ διὰ σπλάγχνων ἔσω
χωροῦσι καὶ κυκῶσιν ἀνθρώπων κέαρ.'

Confirmatur Aristonei stili et Bionei affinitas nonnihil etiam fragmento apud ipsum Senecam servato ep. 94, 5—17. Inducitur quidem illud verbis *Qui hanc partem* (scil. praeceptivam) *videri volunt supervacuam hoc aiunt* eqs. Sed ipsius Aristonis esse verba extra dubitationem ponitur eiusdem epistulae paragraphis 2 et 18.[3]) Quo in fragmento etiam singulares cum Bionea diatriba similitudines inveniuntur satis multae.

Itaque § 5 absolute inducitur exemplum (cf. etiam § 17), cuius imago in iis quae sequuntur, retinetur: *Si quid oculis oppositam moratur aciem, removendum est. . . . Eodem modo ubi aliqua res obcaecat animum* eqs. Cui loco simillima legimus apud Hor. ep. I 2, 37 *Nam cur Quae laedunt oculum festinas demere; si quid Est animum, differs curandi tempus in annum?* § 6 cotti-

[1]) Gubernatoris exemplum etiam in comoediis lubenter usurpatur. cf. Blümner l. c. pag. 166, id quod in altero capite monere neglexi.

[2]) Sic enim iudicat Hense in adn. ad Stobaei locum citatum.

[3]) Mutasse Senecam Aristonis verba vel in universum tantum reddidisse eius sententias, nihil est quod credamus. Immo totus locus Aristoneus est, id quod cognoscitur etiam ex initio paragraphi 18.

dianum proponitur exemplum: *ostendis esurienti, quid tamquam satur faciat.* ibid. *Pauperi ut agat divitem monstras* histrionis redolet similitudinem; § 17 medicus affertur; quae legimus § 7 *ostendas illi miserrimos divites* paradoxon est a cynicis tritum; exemplificationem habes §§ 8 *(divitias, honores* eqs.*)*, 14, 15; sententiose dictum § 16 *sapientia rerum terminos novit.* Vehementius loquitur auctor § 17 *erit ipso quem monebit insanior.* Omisso verbo dicendi brevis fingitur dialogus § 10 „*Sic amico utere, sic cive, sic socio.*“ — „*quare?*“ — „*quia iustum est.*“ Asyndeton occurrit e. gr. § 8 *divitias, honores;* protasis paratactica § 6 *ostendis* etc.; synonymorum usus § 11 *persuasi mihi et perbibi* et 13 *percurare mentem aegram et vitiis liberare;* contrarii negatio per *ἀντίθεσιν* § 5 *doces, quid sano faciendum sit, non efficis sanum* et § 8 *non quae secundum voluptatem est, sed secundum naturam;* anaphora § 17 *quomodo* eqs.; conversio § 7 *non potest nec qui extenditur, magnus esse nec qui est magnus, extendi.*

Sequuntur de stoicis reliquis observationes. In quibus numerationem eam servavi quam in capitibus II et III adhibitam vidisti.

2) Cottidiani sermonis vestigia agnoscere mihi videor in talibus locis: Cic. de fin. III 57 *De bona autem fama Chrysippus quidem et Diogenes detracta utilitate ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dicebant.* cf. Chrysipp. apud Plut. de stoic. rep. cap. 26 pag. 250, 20 Bern. *οὐδ' ἂν τὸν δάκτυλον καθήκει ἐκτεῖναι ἕνεκα τῆς οὕτω παρεσομένης φρονήσεως.* Galen. de Hippocr. et Plat. plac. pag. 413, 11 Müller *τῷ περὶ τὰ σώματα ἰατρῷ καθήκει τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς παθῶν ἐντὸς εἶναι, ὡς εἰώθασι τοῦτο λέγειν.* Apud Stob. flor. XCVIII 68 Zeno utitur notissimo illo dicto Hippocrateo *βραχὺς ὁ βίος, ἡ δὲ τέχνη μακρή,* quod postea tamquam proverbium in ore vulgi usitatum est. cf. Luc. Hermotim. 1 et 63, Demetr. de elocut. 238, Philo de vita contempl. § 2 pag. 474 M.[1]) Sen. de brevit. 1, 1. Zenonis fragm. 10 ed. Wachsmuth[2]) *Ζῆθι, ὦ ἄνθρωπε, μὴ μόνον ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, ἀλλ' ἵνα τὸ ζῆν πρὸς τὸ εὖ ζῆν καταχρήσῃ* in collectionem suam recepit Apostolius VIII 34 n = paroem. II pag. 437. cf. praeterea Chrysippi fragmentum 136, v. 9 ed. Gercke[3]) = Alex. de fato c. 28.

5) Cynicum dictionis squalorem ne stoicos quidem aspernatos esse apparet ex Cic. epist. IX 22, 1: *Placet stoicis suo quamque rem nomine appellare. Sic enim disserunt: nihil esse obscaenum, nihil*

---

[1]) qui locus addi potest Ottoni l. c. sub „vita“ 2.

[2]) commentatio I de Zenone Citiensi et Cleanthe Assio = ind. schol. aest. Gotting. 1874.

[3]) in annal. philol. suppl. XIV a. 1885 pag. 692 sq.

turpe dictu eqs. § 5 *Habes scholam stoicam* ὁ σοφὸς εὐθυῤῥημονήσει. cf. de off. I 128. Cuius rei idoneum exemplum e Zenonis διατριβαῖς affert Sext. Empir. Pyrrhon. hypot. III 245—246 (cf. III 205, adv. dogm. V 190): οἷον γοῦν ... Ζήνων ἐν ταῖς διατριβαῖς φησὶ . . . τάδε· „διαμηρίζειν μηδὲν μᾶλλον μηδὲ ἧσσον παιδικὰ ἢ μὴ παιδικά, μηδὲ θήλεα ἢ ἄῤῥενα· οὐ γὰρ παιδικοῖς ἄλλα ἢ μὴ παιδικοῖς, οὐδὲ θηλείαις ἢ ἄῤῥεσιν, ἀλλὰ ταὐτὰ πρέπει τε καὶ πρέποντά ἐστιν." περὶ δὲ τῆς εἰς τοὺς γονεῖς ὁσιότητος ὁ αὐτὸς ἀνήρ φησιν εἰς τὰ περὶ τὴν Ἰοκάστην καὶ τὸν Οἰδίποδα, ὅτι οὐκ ἦν δεινὸν τρίβειν τὴν μητέρα. Pergit deinde Zeno ea ratione in diatribis, ut vidimus, creberrima, ut posito exemplo ἀντιθέτως opponatur interrogatio: καὶ εἰ μὲν ἀσθενοῦσαν ἕτερόν τι μέρος τοῦ σώματος τρίψας ταῖς χερσὶν ὠφέλει, οὐδὲν αἰσχρόν, εἰ δὲ ἕτερα μέρη τρίψας εὔφραινεν, ὀδυνωμένην παύσας καὶ παῖδας ἐκ τῆς μητρὸς γενναίους ἐποίησεν, αἰσχρόν; De Chrysippo cf. Diog. Laert. VII 187 Εἰσὶ δὲ οἳ κατατρέχουσι τοῦ Χρυσίππου ὡς πολλὰ αἰσχρῶς καὶ ἀῤῥήτως ἀναγεγραφότος κτλ. Quam rem ipse confirmat Chrysippus apud Plut. de stoic. rep. cap. 22 pag. 246, 2 ubi etiam animalium consuetudo commendatur: καὶ τὸ μητράσιν ἢ ἀδελφαῖς ἢ θυγατράσιν συγγενέσθαι... ἀλόγως διαβέβληται· καὶ πρὸς τὰ θηρία — φησί (Χρύσιππος) — δεῖν ἀποβλέπειν καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων γιγνομένοις τεκμαίρεσθαι τὸ μηδὲν ἄτοπον . . . εἶναι τῶν τοιούτων. In eiusdem libri cap. 21 obscaenissima Chrysippus narrat de Diogene. cf. Sext. Pyrrhon. hypot. III 247 sq. ibid. III 206. Diels Doxogr. pag. 593, 1. stoicus apud Alex. Aphrodis. Topic. 107 m.

6) Hyperbolica est dictio apud Chrys. fragm. 141 Gercke = Sext. Empir. Pyrrh. hyp. III 18 ἀλλὰ καὶ πάντα ἐκ πάντων καὶ ὡς ἔτυχεν ἂν ἦν μὴ οὔσης αἰτίας, οἷον ἵπποι μὲν ἐκ μυῶν, εἰ τύχοι, γεννηθήσονται, ἐλέφαντες δὲ ἐκ μυρμήκων.

7) Correctionis figura quae antea dixit extendit Chrysippus apud Galen. l. c. pag. 385, 2 M. καὶ ἔτι τοῦ παραινοῦντος λόγου αὐτοῖς ὑπερβατικοὺς ὄντας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὅλως ὑπομονητικοὺς ἀκοῦσαί τινος τοιούτου. cf. fragm. 136, 7 Gercke = Alex. de fato cap. 28. Item de Zenone cf. Diels Doxogr. pag. 592, 21 Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ὁ Στωικὸς ἔφη μὴ δεῖν θεοῖς οἰκοδομεῖν ἱερά, ἀλλ' ἔχειν τὸ θεῖον ἐν μόνῳ τῷ νῷ, μᾶλλον δὲ θεὸν ἡγεῖσθαι τὸν νοῦν.

8) Comparationes similitudinesque inprimis vulgo acceptae non rarae videntur fuisse apud stoicos. cf. Cic. de nat. deor. II 22 *Idemque (Zeno) similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo : si ex oliva modulate canentes tibiae nascerentur* eqs. Stob. flor. LXXXII 5. Ζήνων τὰς τῶν διαλεκτικῶν τέχνας εἴκαζε τοῖς εἰκαίοις μέτροις οὐ πυρὸν οὐδ' ἄλλο τι τῶν

σπουδαίων μετροῦσιν, ἀλλ' ἄχυρα καὶ κόπρια. cf. etiam Tertull. ad nat. II 5. — Sen. de benef. II 17, 3 *Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilae lusu* eqs. De Cleanthe vide Sen. ep. 108, 10 et Hirzel l. c. pag. 181 adn. 1. — cf. denique Diog. Laert. VII 127 *ὡς γὰρ δεῖν φασιν* (Stoici) *ἢ ὀρθὸν εἶναι ξύλον ἢ στρεβλόν, οὕτως ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον* et Cic. de fin. III 46; 48; 52; 54; 63; 67.

Cynica illa medicorum morborumque comparatione usque ad taedium etiam stoicos usos esse, nisi ex ipsis eorum fragmentis, praecipue quidem ex iis, quae praebet Galenus, appareret (cf. e. gr. Chrys. apud Gal. pag. 413, 11 M. *καθάπερ τῷ περὶ τὰ σώματα ἰατρῷ . . . οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ἰατρῷ*), satis comprobaretur Ciceronis testimonio (Tusc. IV 23): *Hoc loco nimium operae consumitur a stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo.* — Denique animalium exemplum affertur a Chrysippo ap. Plut. de stoic. rep. cap. 12 pag. 227, 24 ibid. pag. 246, 5, conferendus etiam Cicero de fin. III 62 et 66.

Ratio vero qua exempla inferebant quam similis interdum fuerit Bioneae, docet Zenoneum fragmentum servatum in Maximi florilegio cap. VI Mai = Wachsmuth de Zenone etc. pag. 6 *ὁ μὲν γεωργὸς ἀφ' ὧν ἂν πολὺν καὶ καλὸν θέλοι καρπὸν λαβεῖν, ὠφέλιμον ἑαυτὸν ἐκείνοις παρέχεται· πολὺ δὲ μᾶλλον ἄνθρωποι τοῖς ὠφελίμοις πεφύκασι χαρίζεσθαι . . . ὅθεν ὁμοίως ὑφ' ὧν εὖ πάσχειν ἀξιοῦμεν, ὠφελίμους αὐτοῖς ἔργοις, ἀλλὰ μὴ τοῖς λόγοις εἶναι δεῖ· οὐδὲ γὰρ ἡ ἐλαία τῷ θεραπεύοντι αὐτὴν ἐπαγάλλεται, ἀλλ' ἐκφέρουσα . . . καρποὺς . . . ἔπεισεν ἑαυτῆς ἐπιμελεῖσθαι μᾶλλον.* cf. Cic. de off. III 42 *Scite Chrysippus ut multa: Qui stadium — inquit — currit, eniti . . . debet, quam maxime potest, ut vincat . . . sic in vita sibi quemque petere* eqs.

10) Translate dicendi exemplum praebet stoicus apud Plut. de Alex. fort. I cap. 11 = II 423 Bern. *μία ἀρετὴ πρωταγωνιστεῖ.*

12) Inprimis sententiae paradoxae a stoicis lubentissime usurpatae sunt, id quod nemo nescit. Commemorat stoica paradoxa e. gr. Seneca de benef. II 31, 1. epp. 81, 11. 87, 1. Unum affero huius rei documentum, quod praebet Chrysippus apud Plut. de commun. notit. cap. 20 = vol. VI pag. 310, 1 Bern. *οὐ δέονται μὲν ἐνδέονται δ' οἱ φαῦλοι* (cf. Sen. ep. 9, 14), quod fragmentum simul verborum lusu memorabile est, qualibus artificiis etiam Bio, ut vidimus, sermonem condire solitus erat.

14) Quod attinet ad prosopopoeias cf. Cic. de fin. II 69 *iubebat (Cleanthes) eos qui audiebant secum ipsos cogitare pictam in tabula Voluptatem, pulcherrimo vestitu et ornatu regali in solio sedentem; praesto esse Virtutes ut ancillulas, quae nihil aliud*

agerent . . . nisi ut Voluptati ministrarent et eam tantum ad aurem admonerent . . ., ut caveret, ne quid faceret imprudens: ‚nos quidem Virtutes sic natae sumus, ut tibi serviremus; aliud negotii nihil habemus.‘ cf. Augustin. de civit. dei V 20; inspiciatur etiam Gell. N. A. 14, 4, ubi copiose describitur iustitiae imago Chrysippea.

16) Gravissimum deinde est, quod stoici in scriptis suis dialogi forma usi sunt. Citantur enim a Diogene Laertio *διατριβαί* vel *διάλογοι* Zenonis (VII 34), Cleanthis (VII 175), Persaei (VII 36), Sphaeri (VII 178), Herilli (VII 166). Et ex Zenonis diatribis dialogi satis vividi exemplum nobis servavit Sext. Empir. adv. dogm. V 190: *διαμεμήρικας τὸν ἐρώμενον; οὐκ ἔγωγε. πότερον . . .; καὶ μάλα. ἀλλὰ ἐπεθύμησας . . .; μὰ Δί'. ἀλλ' ἐκέλευσας; καὶ μάλα. εἶθ' . . .; οὐ γάρ.* Adversarios autem in illis diatribis fuisse *ἀόριστα πρόσωπα* cum e Ciceronis paradoxis licet conicere, in quibus stoicorum more ille disputat, tum optime ni fallor confirmatur ipsis fragmentis stoicis. Inspicias igitur fragm. 121 Gercke (= Plut. An utilis sit praenot. futur. fragm. XV 3 = Stob. ecl. II 8, 25 W.), merito, ut videtur, Chrysippo addictum, ubi primum affert adversarius Nestoris verba:

οὕτω νῦν, φίλα τέκνα, φυλάσσετε, μηδέ τιν' ὕπνος
αἱρείτω, μὴ χάρμα γενώμεθα δυσμενέεσσιν,

deinde sic pergitur: *Οὐ γενησόμεθα, φησί τις, οὐδ' ἂν καθεύδωμεν, εἰ πεπρωμένον ἐστὶ μὴ ἁλῶναι τὸν ναύσταθμον. — Τίς οὐκ ἂν εἴποι πρὸς τοὺς ταῦτα ληροῦντας ὅτι καθείμαρται μὲν ἴσως ἅπαντα ταῦτα κτλ.* cf. fragm. 118, 120, 9.

18) Aliorum dicta factaque stoicos ut Bionem orationi immiscuisse facile cognoscitur e Chrysippo; cf. e. gr. Bagueti collectionis pag. 269, 272, 281, 284, 294. Inter virtutis autem exemplaria inprimis stoici numerabant Herculem, cynicorum patronum. cf. Sen. de const. 2, 1.

20) Exemplificationis usum praeclare illustrat Chrysippus apud Gal. l. c. 389, 8 sq. *οὕτω γὰρ ἐξιστάμεθα . . ὥστε ἐστὶν ὅτε σπόγγον ἔχοντες ἢ ἔριον ἐν ταῖς χερσὶ τοῦτο διαραξάμενοι βάλλομεν . . ., εἰ δὲ ἐτυγχάνομεν μάχαιραν ἔχοντες ἢ ἄλλο τι, τούτῳ ἂν ἐχρησάμεθα παραπλησίως . . ., πολλάκις δὲ . . . τὰς κλεῖς δάκνομεν καὶ τὰς θύρας τύπτομεν . . . πρὸς δὲ τοὺς λίθους ἐὰν προσπταίσωμεν, τιμωρητικῶς προσφερόμεθα καταγνύντες καὶ ῥιπτοῦντες εἴς τινας τόπους καὶ ἐπιλέγοντας καθ' ἕκαστα τούτων ἀτοπώτατα.* cf. Plut. de stoic. rep. cap. 21, pag. 245, 5 *(Χρύσιππος) εἰπὼν ὅτι ἐγγύς ἐσμεν τοῦ καὶ τοὺς κοπρῶνας ζωγραφεῖν, μετ' ὀλίγον τὰ γεωργικά φησι καλλωπίζειν τινὰς ἀναδενδράσι καὶ μυρρίναις, καὶ ταὼς καὶ περιστερὰς τρέφουσι καὶ πέρδικας ἵνα κακκαβίζωσιν αὐτοῖς καὶ*

ἀηδόνας. In eodem capite Chrysippus inducitur *τὴν μὲν πρόνοιαν ἐγκωμιάζων ἰχθῦς καὶ ὄρνιθας καὶ μέλι καὶ οἶνον παρασκευάσασαν.*

21) Tam crebro autem in stoicorum fragmentis Homeri, Hesiodi, Euripidis, aliorum versus ad ethicum aliquod propositum relati citantur nonnunquam etiam parodice detorti,[1]) ut pauca afferre satis habeam. Galenus igitur l. c. 372, 12 sq. haec exponit: *ἐφεξῆς δὲ τούτων ὁ Ποσειδώνιος ῥήσεις τε ποιητικὰς παρατίθεται καὶ ἱστορίας παλαιῶν πράξεων μαρτυρούσας οἷς λέγει.* Affert deinde Posidonii ipsius verba Homerum interpretantis: *διὰ τί δέ τινες τῶν μεγάλων νομιζομένων καίπερ ἀσθενεῖς ὄντες ταῖς γνώμαις βουλεύονταί τε καὶ συμφράδμονας ἄλλους παραλαμβάνουσιν, ὡς ὁ διαγρυπνῶν Ἀγαμέμνων; οὗτος γὰρ διὰ τὴν τροπὴν εὐθὺς ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀριστεῦσιν ἀῤῥήτῳ τινὶ πένθει βέβλητο κατὰ τὸν ποιητήν. λωφήσαντος δὲ τοῦ πάθους καίπερ τῆς τῶν συμβεβηκότων ὑπολήψεως ἅμα τῇ τῶν λογισμῶν ἀσθενείᾳ διαμενούσης οὐδαμῶς ἡσυχάζειν ἐδοκίμαζεν,*

‚Ἥδε δὲ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή' κτλ.

Chrysippi, qui quantum versuum interiectionem adamaverit ex iis apparet quae de illo narrat Diog. Laert. VII 180, unum locum affero in quo versus praemissi prosa oratione continuantur et amplificantur: fragm. 47 G. = Plut. an utilis sit praenot. futur. fr. XV 2 = Stob. ecl. I 5, 19 W.

‚χὥπερ μόνον ὀφρύσι νεύσῃ,
καρτερὰ τούτῳ κέκλωστ' ἀνάγκα'

καὶ πεπρωμένη κτλ.

23) Ceterum de Homericorum carminum explicatione allegorica, quae iam inde a Zenone apud stoicos usitata fuit — composuit enim ille quinque libris *Προβλήματα Ὁμηρικά* (Diog. Laert. VII 4) —, conferendus Zeller l. c. III 1 ³, pag. 321 sq. et Hirzel l. c. II 2, pag. 873 sq.

27) Synonymorum usum paucis locis Chrysippeis illustrabo: *ἀνιδρωτὶ καὶ χωρὶς καμάτων* ... *μετὰ πόνων τε καὶ μετὰ καμάτων καὶ πολλῶν ἱδρώτων* = fragm. 132 G. *ἀκίνδυνον καὶ ἀσφαλές* = Plut. de stoic. rep. cap. 20, pag. 241, 12. *οὐδ' ἔχειν χρείαν οὐδὲ δεῖσθαι, οὐδ' οἰκεῖον οὐδ' ἁρμόττον* = l. c. cap. 12, pag. 227, 12 et 16. Denique rationem illam contrarium inferendi vel cum acri oppositione negandi habes apud Stob. flor. XLIII 88 M. *Ζήνων*

---

[1]) cf. e. gr. Plut. Quomodo adolescens etc. cap. 12 = I 80, 25 Bern. *ὁ δὲ Κλεάνθης περὶ τοῦ πλούτου τὸ*

‚Φίλοις τε δοῦναι σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν Δαπάναισι σῶσαι'

(= Eurip. Electr. 427—428) *μεταγράφων οὕτως*

‚Πόρναις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν Δαπάναις ἐπιτρίψαι.'

ἔφη δεῖν τὰς πόλεις κοσμεῖν οὐκ ἀναθήμασιν, ἀλλὰ ταῖς τῶν οἰκούντων ἀρεταῖς.

His quidem expositis intellegemus tandem, quomodo factum sit, ut cum Senecae disputandi ratione tam mire congruat Athenodori stoici stilus qualem ex fragmento apud Senecam de tranqu. cap. 3 servato cognovimus. Neque enim credo Athenodori verba ita mutasse Senecam, ut suum dicendi genus illi impingeret, quam sententiam post Bouilletum [1]) et Gertzium nuperrime defendit Hense [2]) argumentis, ut mihi videtur, infirmis neque idoneis. Nam quod Athenodori illo loco commemoratur praetor et adsessor (§ 4) et aedificandi nimia cupiditas castigatur (§ 7), ad Hensii sententiam confirmandam parum valet. Quis enim mirabitur Augusti praeceptorem,[3]) qui tot annos Romae commoratus sit, ubi libebat, etiam Romanos colores scriptis suis immiscuisse? Nec plus demonstrat comparatio paragraphi 4 et Senecae ep. 8, 6. Simillimus sane est Athenodori stilus Annaeano et in hac paragrapho et in ceteris eiusdem capitis, id quod equidem concedere non dubito, sed aliter similitudinem explicari velim. Et Seneca et Athenodorus Bioneum sermonem imitati sunt. Ac de illo quidem iam satis disputasse mihi videor, paucis igitur nunc de Athenodori fragmento seorsum mihi agendum.

Ac primum quidem non neglegenda mihi videtur illa ratio dicendi qua non ad singulos lectores sed quasi ad multitudinem circumstantem verba dirigit Athenodorus: *ita vobis . . . longe pulcherrimum est* (§ 1); nec minus respicienda eius consuetudo per similitudines docendi. Velut statim initio capitis e cottidiana vita comparatio repetitur: *nam ut quidam sole atque exercitatione et cura corporis diem educunt* eqs., paulo post (§ 2) cynicam illam cum animalibus legimus comparationem: *nec ut leonum animaliumque* eqs., § 5 translatio observatur e re militari sumpta: *non deserueris nec munus detrectaveris,* quae in iis quae sequuntur continuatur eiusdem generis exemplo copiosius comparato: *neque enim ille solus militat* eqs. Tales vero comparationes lubenter usurparant cynici.[4]) Ceterum saepius in illo capite translate loquitur Athenodorus. cf. § 2 *habet ubi se etiam in privato laxe explicet magnus animus,* § 3 *virtutem*

---

[1]) Bouilletum ipsum inspicere non potui.

[2]) Seneca und Athenodorus = progr. acad. Friburg. a. 1893 pag. 29—30.

[3]) de hoc enim Athenodoro agitur. cf. Hense in programmate modo citato pag. 20 sq.

[4]) cf. Tel. 10, 3. 41, 9 sq. E. Weber l. c. pag. 178.

instillat animis,[1] § 6 *adfluetque ad te optumus quisque.* Quam efficaciter deinde dictum § 3 *qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentis prensat ac retrahit et . . . certe moratur, in privato publicum negotium agit!* Cuius sententiae verba ultima simul acumine quodam insignia sunt et primo obtutu paradoxi aliquid videntur continere. Accedit, quod § 6 de virtute tamquam de persona dicitur: *numquam enim quamvis obscura virtus latet sed mittit sui signa: quisquis dignus fuerit, vestigiis illam colliget.* Dilucide scribendi studium Athenodori cognoscet etiam qui ad exemplificationem attenderit qua utitur. Proxime enim a saturarum stilo absunt quae legimus § 7: *incipiemus aedificia alia ponere, alia subvertere et mare submovere et aquas contra difficultatem locorum educere et male dispensare tempus, quod nobis natura consumendum dedit.* cf. etiam § 6: *si te ad studia revocaveris, omne vitae fastidium effugeris nec noctem fieri optabis taedio lucis.* Saturam redolet etiam initium paragraphi 2: *sed quia in hac tam insana hominum ambitione tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est* eqs. Efficacitas deinde dictionis affectatur § 4 interrogatione rhetorica: *An ille plus praestat* eqs.? ibidem anaphora: *quid* eqs., asyndeto § 3: *ingenio, voce, consilio.* Synonymorum usum cognosces ex his locis: *actione rerum et reipublicae tractatione et officiis civilibus* (§ 1); *a foro et publico recedendum* (§ 2); *si omnem conversationem tollimus et generi humano renuntiamus vivimusque in nos tantum conversi* (§ 7). Concluditur caput sententiose dicto: *saepe grandis natu senex nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse praeter aetatem.*

Scilicet non omnes Bioneae dictionis proprietates in hoc uno capitulo exspectabis, sed quae attuli, ad sententiam meam, quam supra de Athenodoro statui, confirmandam sufficere censeo.

Itaque ut iam disputationis meae summam paucis comprehendam, Seneca cynicorum sermonem, non ubique sane, sed ubi libebat, hoc est, ubi res ferebat, imitatus est. Id saepe factum, sed in aliis libris spissius — velut in dialogis de vita beata et de tranquillitate animi compositis — in aliis rarius. Bionis vero dicendi genus primum redintegrasse Senecam negandum, immo antea illud receperunt stoici. Sic Bioneus stilus, licet apud nonnullos magis recesserit, nunquam fere, ut videtur, apud stoicos prorsus evanuit, sed, ut e fragmentis et vetustiorum illius sectae philosophorum et Athenodori Tarsensis concludo, usque ad imperatorum aetatem permanavit et ab ipsis stoicis Senecae traditus est.

---

[1]) Sic enim hunc locum recte mihi emendasse videtur Haase.

VITA.

Natus sum *Henricus Otto Weber* Cassellis Nonis Martiis anni h. s. LXXIII. Fidem profiteor evangelicam. In patria urbe primis litterarum elementis imbutus per novem annos gymnasium Fridericianum frequentavi, in quo tum pater professoris munere fungebatur. Atque hunc quidem anno LXXXIX praematura morte mihi ereptum doleo, matrem e gente Spangenberg adhuc superstitem gaudeo. Vere anni XCI maturitatis, quod vocatur, testimonium adeptus, ut philologis potissimum studiis operam darem, Marpurgum me contuli. Aestate anni XCIII in academia Monacensi studia mea continuavi, eiusdem anni autumno Marpurgum redii, ubi a. d. XIII. Kal. Iun. huius anni examen rigorosum superavi. Docuerunt me vv. dd. Bergmann, Birt, Cohen, Dieterich, Fischer, Judeich, Juelicher, Justi, Koester, Maass, Mirbt, Niese, L. Schmidt†, E. Schroeder, Schulze, de Sybel, Werner, Wissowa, Wrede Marpurgenses; Paul, Schmidtkunz, Schoell†, Woelfflin Monacenses. Quibus omnibus multum debeo, plurimum vero Theodoro Birt, qui quantopere cum in studiis meis tum in hoc opusculo conscribendo me adiuverit, grato semper animo tenebo.

Corrigenda.

pag. 2 v. 37 lege: ad Marc. 19, 4; pag. 3 v. 13: *a quinquagesimo anno*; pag. 4, v. 1: ep. 122, 4; pag. 9 v. 8 *ἐλάδιον*; ibid. v. 19: II 16; 10 *φυσημάτιον*; v. 22: *ἀργυρωμάτιον*; v. 23: *κτησείδιον*; v. 33: *ἀπόπυρις*; ibid. Plutarchi locus delendus; v. 34: 5, 1; pag. 10 v. 2: 30, 10 (pro 11, 14); ibid. v. 16: II, 16, 22; v. 34: 21 *ὀψωνήτης*; pag. 11 v. 3: 13, 6. 29, 2; ibid. v. 7: 751, 3; v. 18: II 16, 13; v. 37: 13, 15; pag. 12 v. 21: 70; pag. 13 v. 10: 46 d.